BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III.
RACCOLTA
VILLAROSA
C
126/1
NAPOLI

Digitized by Google

Acc. No.
C. 126

Digitized by Google

Digitized by Google

AMPHITHEATRVM
LEGALE
SEV
BIBLIOTHECA
LEGALIS
Ampliſsima.

Digitized by Google

Digitized by Google


AMPHITHEATRVM LEGALE seu BIBLIOTHECA
EM EDITA OMNIVM VTILITATI AD PVBLICAM
LEGALIS AMPLISSI
Sub Auspicijs
Integerrimi Iustitiæ Cultoris, et Benign.
Litteratorum Mecenatis
Ser.mi RAYNVTIJ.II. Parmæ, Plac.
&c. Ducis Clement.mi
Huic omnis cedat
Iuris labor
Amphitheatro
Vnus pro cunctis
Fama sequatur
opus
HÆC EST IVRI-
DICORVM
BIBLIOTHECA
LIBRORVM QVA
Tali Epigraphe
hoc Suum Opus
inscripserat
dum
Co. Carl. Em. Fontana
Ser. Rayn. Ephebus
Ad Co. Aug. Fontanæ
Patrem suum
De hoc illius Opere
Distichon
Iura per innumeros
qui sunt iam edita libros
Hoc unum nobis
cuncta recenset
Opus
QVA CITO
REPPERIAM
QVAM VOLO
MATERIAM
dum eo priua
tim utebat Co:
Aug.s Fontana
G.A. Capello inu. del.
Mranesia f.

Digitized by Google

AMPHITHEATRVM
LEGALE

In Quo Quilibet Operum Legalium *AVTHOR* habet ſuam ſedem ordine Alphabetico collocatam

SEV

BIBLIOTHECA
LEGALIS AMPLISSIMA

In Qua recenſetur *OMNES AVTHORES* cum omnibus Eorum Operibus in iure editis, Et in Qua datur etiam ſedes præciſa abecedario indice deſignata omnium, & quarumcumque RERVM VERBORVM, & MATERIARVM, quæ in Corpore Iuris Pontificij, & Cæſarei ac in ſupradictorum Authorum Operibus tàm ex-profeſsò, quàm ſparsìm ſed fusè pertractantur.

QVINQVE PARTIBVS DIVISA

Ordine quem nobis Pagina verſa dabit

Et ad Publicam Omnium Vtilitatem

EDITA SVB AVSPICIIS

SERENISSIMI
RAYNVTII II.
PARMÆ, PLAC. &c. DVCIS CLEMENTISSIMI

AVTHORE

AVGVSTINO FONTANA

BIBLIOTECA NAPOLI V.E. III

Comite Scagnelli, I. V. D. & Iudice Collegiato Parmenſi, necnon Patritio Imolenſi ac Mutinenſi, Senatore Mantuæ, & olìm Placentiæ in Ciuilibus, nunc verò Bononiæ, Auditore, & ſecunda vice Prætore.

PARMÆ, M. DC. LXXXVIII.

Typis Ioſephi ab Oleo, & Hippolyti Roſati, *Superiorum Permiſſu.*

Digitized by Google

592946

Digitized by Google

ORDO AMPHITHEATRI
SEV
BIBLIOTHECÆ LEGALIS

IN PRIMA, ET SECVNDA PARTE
indicantur per *COGNOMINA*.

OMNES Authores cũ eorum Nomine, Patria, Materijs,& impreſſione prima,iterata, vel aucta, qui in Canonico, Ciuili, & Criminali, nec non Feudali, & Politico, Iureque Publico ſcripſerunt.

IN TERTIA PARTE.

1 ***OMNES***,qui ediderunt *CATALOGOS*,Bibliothecas, & Indices Authorum.
2 ***OMNES***, qui de Iure *CANONICO* varia Opera typis mandarunt.
3 ***OMNES***,qui ſuper *DECRETALIBVS*,*DECRETO*, & *CLEMENTINIS* ſcripſerunt.
4 ***VARII***, qui *MORALIA* Opera ediderunt,in quibus etiam Quæſtiones Legales habentur.
5 ***PLVRES***, qui ſuper Concilio *TRIDENTINO*.
6 ***OMNES*** Authores, qui *PANDECTAS* ſ. *DIGESTVM VETVS*,*INFORTIATVM*,& *NOVVM*, nec non *CODICEM*, & *AVTENTICAS* commentati ſunt.
7 ***OMNES***, qui ſuper *INSTITVTIONIBVS* Iuſtinianeis.
8 ***INNVMERI*** Authores, qui varia *LOCA* Iuris Canonici, & Ciuilis ſpatsim declararunt.
9 ***OMNES***, qui de *ANTINOMIIS*, Concilijs,differentijs Iuris,& Legum,ſimilibuſq; egerũt.
10 ***VARII*** Doctores *REPROBATI*, & *DECLARATI*.
11 ***OMNES***, qui interpretationi *STATVTORVM*, & Conſuetudinum operam dederunt.
12 ***OMNES***, qui *AXIOMATA* iuridica, Aphoriſmos, Apophtegmata, & Regulas iuris.
13 ***OMNES***, qui *PRACTICAS IVDICIARIAS* compoſuerunt.
14 ***OMNES***, qui de Iure Publico, de Republica, Iure Feudali, Politico, Ratione Status, Iureque Principum ſcripſerunt.
15 ***OMNES*** Authores, qui *DECISIONES* compoſuerunt, aut ediderunt.
16 ***OMNES***, qui *CONSILIA*, Quæſtiones, Diſceptationes, Controuerſias, Singularia, & ſimilia.
17 ***OMNES***, qui de Materia *CRIMINALI* tractant.
18 ***OMNES***, qui *ALPHABETA* Iuridica,Indices, Lexica, *REPERTORIA*, & ſimilia ediderunt.
19 ***OMNES*** Authores, qui *VARIA* tractant.

IN QVARTA, ET QVINTA PARTE.
demùm datur.

ABSOLVTISSIMVS INDEX Omnium, & Quarumcumque *MATERIARVM* verborum, & rerum nedum in *CORPORE IVRIS* Pontificij, & Cæſarei, verũ etiam in dictorum *AVTHORVM* Operibus ex-profeſsò,& quandoque ſparsim *TRACTATARVM*,

Inſuper in principio huius Bibliothecæ aderit

Syllabus Prætermiſſorum, nec non Authorum, qui pendente impreſſione ad notitiam peruenerunt, Primæ, & Secundæ Parti Addendarum.

Vlterius in fine Tertiæ Partis huius Bibliothecæ aderit

Syllabus Authorum, & Materiarum ad dictam Tertiam Partem Addendarum.

Tandem in principio Quartæ, & Quintæ Partis aderit

Syllabus aliarum Materiarum, Concluſionum, Verborum, & Rerum ad inſtar *Tractatus* plenè examinatarum Quartæ, & Quintæ Parti Addendarum.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO

RAYNVTIO II.

PARMÆ, PLACENTIÆ, &c. DVCI CLEMENTISSIMO

FAVTORI MEO BENIGNISSIMO,

Omni Amore, Honore, ac Deuotione

PRÆCOLENDO.

SALVTEM, ET OBSEQVIVM.

LEge ipſa Naturæ Nos planè docemur, DVX SERENISSIME, vt vi mentis illò impellamur, quò accepta beneficia, quæ menti altiùs condiderimus, nullo pacis ocio, nullâ pacati animi malaciâ eque perfruamur, donec parili vice adequauerimus, aut ſaltem aliqualiter ea reponendi deſiderium expoſuerimus; Quot verò, & qualia ſint, quæ a CELSITVDINE TVA Deuinctiſſimus Animus meus beneficiorum receperit munera, & quanta ſit ad ipſa reponenda virium mearum imbecillitas, non ità facile dinumerari arbitror, quemadmodùm iſtam non niſi difficile roborari fateor; Veruntamen, cum plurimum CELSITVDINI TVÆ debeam, nec minimum rependere valeam, maximum pro viribus reddere conabor, ſi vniuerſam Iuriſdicentium Doctrinam, heu nimis toto orbe diffuſam & penè confuſam! hac vna Bibliotheca Legali enucleatam TIBI DVX SERENISSIME *Iuſtitiæ* & Legum vniuerſas apud Nationes *CVLTORI Integerrimo Benigniſſimo Literatorum MÆCENATI*, ac *PROTECTORI Potentiſſimo* congeſtam in publicum committo; Reſpice igitur hoc, qualecumque ſit, munus, quod *Tibi* de iure voueo; Et ſiquid forſan in ſe parui ponderis a Detractoribus

ctoribus cenſeatur, magnificum ſciatur, ſi grato animo acceptum erit à *Te* PRINCEPS HVMANISSIME; *Accipias* igitur quod *Tuo* in *Loco* natum *Tuo Beneficio* conſeruatum, & quod *Tuo* ſub *Auſpicio* in aliorum quoq; vſus diuulgatur; *Accipias* (inquam) æquo animo, ſereno vultu, & Beneuola Manu, *Et ad vnicum meorum votorum implementum*, in Vniuerſæ Reipublicæ Beneficium, ac in Totius Sereniſſimæ *FARNESIORVM* Familiæ Florem, Honorem, Decorem diutiſſimè, ac fæliciſſimè VIVAS, prout deſiderat, optat, anhelat

Sereniſſimi, & Ampliſſimi
Nominis Tui

Bononiæ Kalendis Iulij 1688.

Perpetuus Cultor
Auguſtinus Fontana Seruus & Subditus Obſequentiſſimus.

Digitized by Google

LAVRETVS
DE MATTHÆIS
PATRITIVS REATINVS.
ET I. V. D.
LECTORI BENEVOLO
Salutem.

AMPLISSIMAM, Quam tibi aperit Author Virtùm Iurisprudentiæ, tum cæterarum Scientiarum laude Celeberrimus, ingredere. Amice Lector, BIBLIOTHECAM non manu, sèd Ingenio Artifice, non Scalpro, malleouè, sed calamo ELABORATAM; Ingredere non pedibus, sèd animo, & mirare oculo Mentis, & intellectus eiusdem magnificentiam, vastitatem, mirificamq; Symmetriam in dispositione librorum exactè obseruatam. MAXIMA quidem *MOLES* vbiq; excelsa, vbiq; pergrandis magnitudinem non pro Opificis luxu, sed pro Operis necessitate Sortita occurret tibi; In hanc enim AVTHORES omnes, quos Iurisprudentia per omnes Prouincias longè, latèq; diffusa innumeros sibi vindicat, DEVECTI SVNT; neq; illi dumtaxat, quos aut præsens ætas, aut nostra Europa, aut communis apùd Iudices vsus authoritate graues, & celebres doctrinà proponit; verùm etiàm PEREGRINI, *Ignoti*, quuquæ à primis Mundi incunabulis editi in ipso Antiquitatis Sacrario, seù meliùs ignoratione abdidit tempus, atq; illi quoq; qui adhuc sub prælo lucis ipsius cognitionem fugiunt.

Laus Bibliothecæ.

Multitudo Librorum.

TE INTIMIVS intromittè, reperiesq; ingenti apparatu quorumcumq; Librorum numero infinitas, ordine tamen, non confusas *Materias*, conclusionesque conspicuas ad instar tractatus examinatas; repertàque materià seù conclusione ad instar tractatus examinatà habebis ibi cum ea AVTHOREM de illa tractantem, cuius cognomen perquires in prima, & secunda parte huius BIBLIOTHECÆ, cumquæ adinuenies indicatum cum forma, loco, & tempore impressionis primæ, mediæ, nouissimæ, iteratæ, vel auctæ, vt citò possis illum habere & sic materiam optatam, Qua de re huius *Bibliothecæ Author* tali Epigraphe inscripserat hoc suum Opus dum eo priuatim vtebatur.

Materiæ ex Libris.

DISTICHON RYTHMICVM

HÆC est Iuridicorum *BIBLIOTHECA* Librorum;
Qua citò repperiam *quam volo* materiam.

CVMQ: MACHINAM hanc accuratiùs perlustraueris non dubito quin obstupescas, quomodò in vnius Viri notitiam tàm effluens tàm multiplex Authorum, Materiarumq; copia confluxerit, & (quod magis perspicuum est in rerum superfluentia) qua ratione, quauè metho-

Laudatur Author.

✠✠ do

dores adeo diſperſas, hùc illuc diſſeminatas in vnum potuerit reconcinare; Eximes tibi admirationem, ſi conſpexeris Artificem..

HIC eſt COMES AVGVSTINVS FONTANA Vir Illuſtriſſimus noſtra hac Ætate ex Peritiſſimis Iure-Conſultis, acri ingenio, perſpicaciquè in rebus capeſcendis intelligentia, qui ob ſtirpis nobilitatem, Virtutiſque eminentiam magno in honore habitus eſt apùd præcipuos Europæ Magnates, inter quos AVGVSTISSIMA IMPERATRIX ELEONORA ob Patris merita Filium COMITEM CAROLVM EMANVELEM FONTANA magnæ expectationis Puerum in *Ephebum* ſuum aſſumpſerat, quo munere ob inexpectatum, deplorabilemq; eiuſdem imperialis Heroinæ interitũ fungitur apùd SERENISSIMVM PARMÆ, ET PLACENTIAE DVCEM.

IN HOC PRAESTANTISSIMO VIRO licèt nobiliorum Scientiarum plurimæ multùm habeant Maieſtatis; Legum tamèn, & Iuriſprudentiæ Scientia adeò eminet, vt Virum ſublimioribus Iuris cognitionibus inſtructum, lectionemq; variorum librorum callentem dixeris VIVAM, SPIRANTEMQ; BIBLIOTHECAM, cui ſuos Legum Theſauros Iuſtitia crediderit.

Pleniſſimum de hoc dant teſtimonium celeberrima Italiæ nèdùm, verum etiàm Germaniæ Tribunalia, ad quæ propter doctrinæ meritã euectus conſedit LITIVM IVDEX, ÆQVITATISQ; DEFENSOR; In quo ſanè munere, quanta integritate, quantauè Scientia ſe geſſerit, ampliſſimæ omnium laudes, in illo ſcilicet Iure-Conſultorum ingenia, doctrinas, artemq; refloruiſſe deprædicant. QVIN ETIAM IN HVIVS VIRI laudanda nobilitate, æquitate, virtute, cæteriſq; quibus emicat, dotibus, plurimi inſurrexere ſcriptores, inter quos præclariſſimus Abbas *Gamurrinus* digniſſimum de illo mentionem facit, vbi etiam nobiliſſimæ eiuſdem familiæ exactam ab Anno 1141. vſquè ad noſtra tempora exhibet Genealogiam, vt videre eſt apùd eumdem fol. 61. vſquè ad 98. quinti Voluminis ſuarum Hiſtoriarum Genealogicarum italicè impreſſ. fol. Florent. 1685.

Genealogia Familiæ Authoris.

VIR ISTE STVDIOSISSIMVS ſemper fuit, adeoq; literis deditus, vt à cæteris ſolatijs ſe abdicans ad hoc vnum, vt potè ſuo Genio maximè conſonum omnem curam, animumq; conuerterit, nempè ad ſtudium. & ſolitudinem; imò quo maior in illo erat ad ſtudia applicatio, maior quoq; in illo auiditas ſtudendi excreſcebat, ità vt ſæpius ſequens hoc, quod de ſe ipſo ediderat, diſtichon ſoleret recinere, ſcilicèt.

Author. ſemper deditus ſtudijs.

Creſcit Amor ſtudÿ, quantum ipſa ſcientia creſcit
Heù doleo nondùm me ſtudiſſe ſatis.

Authoris Diſticon.

MVLTA ALIA OPERA, cum adhùc flore iuuentutis pubeſceret, compoſuit: *Perſÿ Satiras Omnes*, multiſſimaquè *Martialis Epigrammata* in italicum Sermonem traduxit: *Liberculum* quemdam conſcripſit, in quo Conceptus, atq; Argutiæ, quæ in Epiſtolis Italo ſermone ſcribendis occurrunt.

Alia Opera Authoris.

GRÆCAM LINGVAM adeò exactè callebat, vt deiparæ Officium ne dum græco ſermone donabat, verùm etiàm pia pariter, ac ingenioſa deuotione illud græce recitabat.

Græcam Linguam callebat.

ILLI

ILLI PRÆ OCVLIS fuit *Geographiæ*, *Mathematicæ*, *& Aſtrologiæ* Amor, atq; ex proprio penu varias confecit ſpecies ſolarium Horologiorum, quæ vtiq; extrauagantia ſunt, & conſequentèr curioſa, quin & exactiſſima præcipuè horis Meridiei proximis. Iſtæ ab eodem inuentæ formæ extant in quodam Ampliſſimo, & Voluminoſiſſimo Libro, quem ipſe inter cariores conſeruat, cui titulus-*Libro di Tauole Geograſiche, Topograſiche, Mathematiche, Aſtronomiche, Iconograſiche, e Genealogiche*. Variæ alię Authoris Scientiæ.

AD LEGALIA ſtudia conuerſus, poſtquàm Romæ multorum annorum ſpatio degit, & poſt varias, quibus digniſſimè functus fuit, Iuriſdicentias, compoſuit quoquè Tractatum, cui titulus-*Analemalogia*, ſeù de omni genere expenſarum, in quo difuſè omnem de *Expenſis Materiam* examinat, præterquàm illam de melioramentis; de hac enim ex profeſſò Garcias, Niger, alijque; Compoſuit inſuper italicè *Practicam criminalem*, quæ inſcribitur-*Aſtrea Toſcana*, ouero Breue Modo di ben procedere nelle Cauſe criminali ſecondo lo Stile praticato nelli Stati del Sereniſſimo Gran Duca. Vlteriuſq; *Ciuilem Practicam* ſcripſit. Quæ Opera omnia apùd Eumdem extant manuſcripta. Tractatus de Expenſis ab Authore cõpoſitus. Praxis Criminalis. Praxis Ciuilis.

AT NOSTRAM repetamus BIBLIOTHECAM, à qua licèt paululùm, non immeritò tamèn receſſimus, & huius magnitudo, Excellentia, atq; Ordo pulcherrimus in ſuum Authorem ſcientiâ maximum, atq; in ſuis cognitionibus claro intellectu, ordinataq; mente conſpicuum refundatur. Regreſſus ad Bibliothecam.

Vtq; MACHINAM hanc è ſuis fundamentis inuiſamus, HÆC duplici innititur Baſi, quarum VNA (præter maiorem D.O.M. gloriam) eſt publica Iuriſprofeſſorum vtilitas, ALTERA (vt ingenuè fatear) eſt proprium ipſius Authoris Bonum. Duplex Baſis Bibliothecæ

PRIMAM intueamur; cum noſtrum *Authorem* publico bono deſudantem minimè lateret, nos in legali Profeſſione *erubeſcere ſinè lege loqui*, vt latè demonſtrat *Adrianus Beierus* in ſuo tractatu ſuper hoc ex profeſſo edito, quià ſi *quod dicimus, non ſit authoritate munitum, non attenditur, Cyriac. controu. 249. num. 19. & ſeqq*: Quapropter PRÆCIPVA LEGVM PROFESSORIS VIRTVS in eo conſiſtit, vt ILLICO SCIAT PRAECISAM QVAESTIAE REI, VEL MATERIAE SEDEM INDAGARE; HAC de cauſa ipſe motus hanc inſtituit BIBLIOTHECAM, IN QVA CVM CERTIORES FIAMVS, VBI TEXTVS, SIVE CANONICVS, SIVE CIVILIS, VEL QVINAM DOCTOR DE RE SVB IVDICE POSITA PERTRACTET, VEL IN CVIVS DOCTORIS OPERIBVS DISQVISITA MATERIA EXTET; POSSIMVS SINE CIRCVITIONE, SINE AMBAGIBVS EX TOTA ILLA FARRAGINE EOS POTISSIMVM SELIGERE AVTHORES, QVIBVS LONGE PROFECTO MELIVS, ATQ; PRVDENTIVS NECESSITATIBVS NOSTRIS CONSVLERE VALEAMVS. Prima Baſis ſeù Primum Fundamentum.

STABILE profectò fundamentum, quo & ipſe Opifex maximè Infus ſuam hanc publicè excitare Bibliothecam minimè dubitauit;

CVMQ: Ideo ſe primis annis Romam contulerit, vt in Legalis Scientiæ cognitione pro viribus ſuis poſſet proficere, cumq; inter Primarias Legis Cahos difficultates, hanc plurimùm neceſſariam eſſe

repererit, Authorum ſcilicèt, materiarumq; Legalium notitiam; *Hoc-que Profeſſori requiri*, tamquàm fundamentum, ſuprà quod reliquum ædificij extrueretur iuxtà adagium commune, TVNC ALIQVEM OPTIMVM ESSE DOCTOREM, CVM, QVALITER STVDENDVM SIT, PERCEPERIT, tunc temporis de Anno ſcilicet 1661. eidem index occurrit, cui titulus *Bibliotheca Legale*, quem priuato ſui commodo EMIN. CVRSIVS (Quem honoris gratia nomino) compoſuerat, ſeruabatquè penès ſe manuſcriptum, in quo facili negotio reperiebantur materiæ, Authoresq; alphabetico ordine diſpoſiti; Cumq; Author noſter cognouerit, ſi ad publicum Profeſſorum beneficium Typis demandatus fuiſſet, maximum allaturum fuiſſe leuamen illis, qui ſimili adiungunt ſe profeſſioni, cumq; poſtremò EMINENTIA SVA anſam illi præbuerit in copioſiſſima ſua Bibliotheca dè libri ſupradicti vſu, animumq; ad talem laborem ſuſcipiendum addiderit; hæc omnia eidem Authori noſtro fuere incitamentum, vt ex tùnc huius Machinæ iaceret fundamenta, quam ſemper vèl in ſuis Oneribus ad maiorem amplitudinem, Maieſtatemq; proſecutus fuit.

Eminentiſſimus Curſius.

QVARE HIS STANTIBVS, ingenuè Author noſter fatetur Bibliothecæ huius ARTIFICEM, ARCHITECTVMQ; primarium, non ſe ipſum, sèd PVRPVRATVM tàm inſignem recognoſcendum eſſe, ac proindè, ſi impoſterum te ſubleuatum ſenſeris ab illis laboribus, quos vſquè adhuc paſſus es, quoſq; Pròaui tui, vt ſe multorum Annorum ſudoribus practicos redderent in ſtudendo illi rei, de qua Liber hic te vno intuitu doctum habet, ſubſtinuere te, humaniſſime Lector, non ipſi Authori debere clariſſimum hoc, maximumq; beneficium, verùm aſſiduæ, accuratæq; diligentiæ PVRPVRATI TAM DIGNI cuius CAPACITAS in ampliſſima hac Mundi emicat ſcena, dùm illum à ſummo Pontifice electum intuetur, vt ſimùl *Æmilia Legationi, Ariminiq. Epiſcopatui* præſit In quorum munerum gubernatione Iuſtitia, & Prudentia non minùs ac Zelo, & Charitate mirabilitèr ſe gerit.

Primarius Author huius Bibliothecę

ALTERVM poſteà fundamentum (vt ſuprà monui) propria eſt, ac debita Authoris ipſius vtilitas: Nàm ſi (vt rectè ait Fælicianus de *Solis* in Proem: ſui Tractatus de Cenſibus) *sicuti triſte eſt de Vita decedere sinè Hæredibus, ità miſerrimum nihil Poſteris ſcriptum relinquere*: Vides, & tu m. Lector, qua ratione Author noſter innixus, ne miſerrimè probroſa Operum Sterilitate occumberet, literariam hanc, legalemquè fabricam ſuorum laborum Hæredem conſtituit, erexitq; in qua, cum illi Natura non conceſſerit tuæ vtilitati diutiſſimè viuere, poſſet ſe tuo commodo perennare.

Alterum Fundamẽtum huius Bibliothecæ.

HIS RITE ME DVCE, inſpectis vt potè non tàm apertè ſe oculis intuentium ſubijcientibus, cætera vt inuſas, Duce, ſeù Myſtatogo, qui te ducat, oſtendatquè, quæ vilenda ſunt, non indiges: optima enim huius BIBLIOTHECÆ conſtructio te in errores non adiget, sèd, quocumq; vis pergere, facillimum tibi iter aperiet. Imò compendioſa totius fabricæ delineatio, quam in ipſo Veſtibulo, antequàm ingredereris, contemplatus es, quà in parte, quouè in loco collocatum ſit, quod à te exquiritur, breuiſſimè docuit.

NAM

NAM PRIMA, & SECVNDA pars (in quinque enim ordines distincta est Bibliotheca) Authores Omnes cum materijs, & impressione notatos complectitur. In tertia suos Locos, Syllabosque mira quidèm dispositione habent Omnes illi, quos, ne te diutiùs morer, sat fuit versam Paginam frontispicij conspexisse. In quarta, & quinta extant absolutissimus Index omnium, & quarumcumque materiarum, ac etiam conclusionum, & rerum materiarum ad instàr tamèn Tractatus, plenè examinatarum, quæ in ampliſſima Iurisprudentiæ scientia apùd quecumq; Fora, atq, in quibuscumq; causis tractantur.

TV ERGO MI LECTOR non de Vrbe in Vrbem; sèd hùc confugies, cùm vllius materiæ, & præcipuè Authoris notitiam, pro vt casus, & necessitas tulerit, tibi in Votis est adinuenire. Et hac de causa ne dum singulæ *Materiæ*, verùm etiàm singularum materiarum AVTHORES ibi adnotati alphabetico ordine disponuntur, vt illicò, & primò Oculorum intuitu, an AVTHOR, de quo quæritur, ad sit, vèl desit, videatur.

AT NVMQVID aliæ BIBLIOTHECÆ? Ità porrò: imò fateor dùm HÆC extruebatur BIBLIOTHECA, Italis peruenisse ad notitiam Bibliothecam Iuridicam Martini *Lipenij* impress. fol. Francof. 1678. Verùm Opifex noster sedulus illicò eam sibi transmittendam commisit, quæ vt Francofurto Bononiam peruenit, illam ego adamussim perlustraui, nullumq; in ipsa enumeram Authorem, qui non adsit in ista, & è contrà in hac infinitos, qui desiderantur in illa *Lipenij*; Nequè miror, quià illa est vno tantùm comprehensa volumine, & erroncè etiàm inscribitur *Bibliotheca*: Est enim Alphabetum, seu Repertorium Iuridicum Materiarum, & Conclusionum ad instàr illius editi per D. Ægidium de *Castelon.* impress. fol. Madriti 1679. & Lugduni 1683.

SED HIS RELICTIS CITRA OMNEM Authoris nostri adulationem, & commodum hùc, mi Lector, ingredere, nèc prætèr maximam vtilitatem spero; In hoc verò te doctum volo, vt cum has tres literas T. P. F. præoculis habere dederit casus, scias T. tomum P. partem F. folium Tractatuum Venetijs anno 1584. 28. voluminibus in vnum Corpus impressorum indicare. Cum verò inueneris *Corpus Iuris Ciuilis* Tom. 1. 2. 3. 4. 5. intelligas pro primo *Digestum vetus*, pro 2. *Infortiatum*: pro 3. *Nouum*: pro 4. *Codicem*: pro 5. *Volumen paruum*, seù *Authent.* in quo etiam *Institutiones*, & alia &c. Clauis Bibliothecæ.

SIC PARITER cùm aliquid citatum erit sub hoc Verbo *Syntagma*, hoc intelligendum est pro Petri *Gregorij* Syntagmate.

CÆTERVM si quæ defuerint qualitates, ac in quacumque parte mirificè instructa hæc MOLES non fuerit, hoc vt ipse *Author*, Opifexq; testatur prouènit, quià cùm in illius mente ità exactè talem BIBLIOTHECAM conficere non esset, statim ac libros percunctatus fuerat, atq; ex illis MATERIAS decerpserat visas notatu dignas, illius Authoris cognomen purè, & ad sui dumtaxat memoriam multoties (neglecto nomine) adnotabat.

DE IN (quod in tanto viro luctuosissimum est) prætèr grauissimas suorum munerum curas diutissimà detentus infirmitate, viribusq; desti-

destitutus perfectissimam, quam multi delicatuli fortasse desiderant, formam in hanc molem inducere minimè potuit.

ET HIS DE Causis, ne mireris Lector, si quas (paucas tamèn) inueneris Conclusiones cum allegatione Doctorum, qui ad instar Tractatus materiam dictæ Conclusionis non examinant; etenim cum Author assiduo Professorum impulsu *Bibliothecam* ad tui solummodò commoditatem erectam, publicè edendam tradidit, dictas Conclusiones intermixtas ex manuscriptis delendas, & non imprimendas iussit, cum longa pressus valetudine eam per se non potuerit perlustrare, easque delere.

HÆC, VT BENEVOLVS es, benignè habebis perexcusata, dùm alioquin tibi hac *Bibliotheca* tamquàm tua vti, & ex illa quidquid libuerit, asportare integrum est. ET CVM OPVS HOC NON SIT PERFECTVM, NEQVE VNQVAM PERFICIENDVM; SED PERPETVO CONTINVANDVM; *Molem* hanc longiùs, altiùs, altiusq; extruere, aliosquè Libros, & volumina addere potes; cum hæc mens fuerit Authoris, qui (vt semota allegoriæ vmbra hoc tibi clariùs explicem) Opus hoc in *Charta*, quæ ad *Scribendum apta* sit, impressum voluit, vt alij Authores, alixq; Materiæ, vbi Opus fuerit, ibi in margine breuitèr calamo ad notari, & dein in Chartis coæqualibus vèl colligatis, vel separatim aptatis cum correspondenti nota arithmetica in illis reportari, & per extensum superaddi possint. *Quapropter* omissa illa forma Librorum in maiori folio impressorum quia difficilius est, adinuenire Chartam illis folijs maioribus coæqualem ad scribendum aptam; hanc Bibliothecam impressam vòluit Author *in hac* communi foliorum forma ad normam librorum, quos sequentes Authores ediderunt *Aymus* de Alluvionibus impress. fol. Parmæ 1580. *Balboa* Monarchia Regum &c. fol. Taurini 1630. *Cobellius* de bono regimine fol. Romæ 1656. *Conciolus* resolutiones impress. fol. Maceratæ 1667. *Corduba* dè Lara de Alimentis fol. Venetijs 1580. *Dulphius* controuersias fol. Bononiæ 1632. & 1653. *Griuellus* Decisiones fol. Antuerp. 1640. *Hodierna* Controuersias fol. Neapoli 1653. *Hodierna* ad Surdi Decisiones fol. Neapoli 1653. *Leoncillus* Decisiones fol. Ferrariæ 1642. *Maia* Obseruationes fol. Panormi 1650. *Maia* Consultationes fol. Panormi 1631. *Manfredus* de Attentatis fol. Bononiæ 1562. *Manfredus* de Cardinalibus fol. Bononiæ 1564. *Masseardus* de Statutorum Interpretatione fol. Ferrariæ 1608. *Molegnanus* Altercationes impress. fol. Bari 1669. *Munoz* de ratiocinijs fol. Taurini 1627. *Oddus* de substitutionibus fol. Ferrariæ 1592. *Padilla* commentaria fol. Venetijs 1580. *Passarell.* de Donationibus fol. Ferrariæ 1673. *Peregrinus* Decisiones Patauinæ fol. Vicentiæ 1627. *Quesada* Dissertationes Iuris fol. Neapoli 1662. *Raudensis* Decisiones Pisanæ fol. Mediolani 1601. *Rouiti* (Scipionis) Consigliorum Tomus Tertius fol. Neapoli 1669. *Theodorus* Allegationes fol. Neapoli 1629, Vltrà alios numero infinitos, quos breuitatis gratia omitto.

Hæc Bibliotheca est opus imperfectum neq; vnquam perficiendum sed perpetuò continuâdum.

Vale mi Lector, & pro tua, in hoc Opere benignè excipiendo, humanitate nil vtiliùs tibi à D. O. M. possum deprecari, nisi vt crebro istius *Bibliothecæ* ingressa Librorumq; in hac contentorum Vsu adeò mussim, Legalem Authorum cognitionem calleas, quod vtiquè maximum

ximum erit adiumentum, vt eo tù inter celeberrimos (si tamen hoc modò non es assecutus) enumereris Iure Consultos. Ità ego, Qui totam hanc Bibliothecam ex Originali eiusdem Domini Comitis Augustini Fontana transcribendam curaui; hoc Onus, acclamantibus Omnibus Italiæ Legum Professoribus assumpsi; ne Opus tàm conspicuum, tantæq: vtilitatis vniuersæ Iurisperitorum Reipublicæ delitescceret, perirctque, Vale, iterum, Vale Lector Amice.

VARIÆ

Digitized by Google

VARIÆ COMPOSITIONES

POETICÆ

In laudem Authoris a Diuerſis factæ, & hìc diſpoſitæ iuxtà ordinem temporis, quo tranſmiſſæ fuerunt.

Epigrammata quinque Reuerendiſſimi D.

SIGISMVNDI A SANCTO SYLVERIO DE COCCAPANIS

Patritij Mutinenſis Aſſiſtentis Generalis Clericorum Regul. Pauper. Matris Dei Scholarum Piarum

Et Primum

Ad Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D.

COMITEM IOHANNEM FONTANA

In Epiſcopatu Ariminenſi Vicarium Generalem Eminentiſſimi D D CARDINALIS CVRSII Fratrem Meritiſſimum D. COMITIS AVGVSTINI FONTANA huius BIBLIOTHECÆ Authoris

Comparantur Præſul Fratres AVGVSTINVS, & IOHANNES Fontana cum ÆGIDIO, & GALLIANO Fontana fratribus eorum Auunculis, qui (teſte Marco Sabellico Venetarum Rerum lib. V. Anno Domini CCCC.XXI.) Venetæ naſcenti Reipublicæ præfuerunt.

I. EPIGRAMMA.

QVam benè FONTANÆ Sobolis nunc vltima primis
Reſpondent! Similis rurſus cui gloria ſurgit.
Fratribus inſignis quondam reuerentia recti
Pectore ſub docto feruens, pietaſq; fideſq;
Ingentis latè Populi commiſit habenas,
Alter nam Venetis Leges præſcripſit, & Alter
Fraternas Leges, fraternaq; Iura tueri
Decretus Conſul. Pariter nunc Iura IOHANNES,
Et Cauſas Solio reſidens cognoſcit ab alto,
Atq; AVGVSTINVS Leges diffundit in Orbem.
Quin vtrumq; ſimul maiorum ſolus adæquas,
Iuraq; componis, compoſtaq; Iura tueris.

AD LECTOREM

Cum alluſione ad idem Opus, Cognomen, & Stemma Authoris, quod eſt Vnus FONS.

II. EPIGRAMMA EIVSDEM.

QVìn ſatis immenſum Legum Mare? Quiq; Peritus,
Vt Fons, Legales in mare miſit aquas.
Dum FONTANA legit Leges, Legumq; Peritos,
Quàm reliquis præſtet FONS modo noſter, habes.
In Mare dum properant, perdunt ſua nomina Fontes:
Nobilius FONS hic à Mare nomen habet.
Immenſum fontes in ſe Mare colligit omnes
At FONS immenſum colligit iſte Mare?
Vnde Ego non miror, poſſit Mare claudere Fontes,
Sed miror, FONTEM claudere poſſe Mare.

III. EPI-

Digitized by Google

III. EPIGRAMMA EIVSDEM

In dictum Opus

Illuſtriſsimi Domini

AVGVSTINI FONTANA

COMITIS SCAGNELLI.

VAſta hæc BIBLIOTHECHA pertinacis
Quàm mente, & calamo laboris ardens
SCAGNELLI COMES inclytus parauit
Affixum hoc Epigramma fronte geſtet,
QVOD TOT SÆCVLA IVRIS VSQ. NORVNT
DOCTOR FVNDITVS ISTE NOVIT VNVS.

IIII. EPIGRAMMA EIVSDEM

Ad Authorem.

LEgum Iura docens Sacrata, Legum
Vindex integer ipſe Sede ab aſtra
Aſtræa tribuens ſuum cuiq;
AVGVSTINE, mihi quidem videris
AVGVSTVS Pater Orbis, & Magiſter.

V. EPIGRAMMA EIVSDEM

Ad præfatum Illuſtriſsimum, & Reuerendiſs. D. Comitem

IOHANNEM FONTANA

Authoris fratrem iam Viennæ Vnum ex quatuor Academicis
Auguſtiſſimi Imperatoris

LEOPOLDI I.

FONS Atauis commune tuis Inſigne IOHANNES
Quàm niteat puro ſanguine tute probat.
Vnda fluens, nomenq; notat, quæ munera mentis
Gratia nam labijs, doctaq; Vena fluit.

INSCRIP:

INSCRIPTIO

Eiusdem Reuerendissimi

P. SYGISMVNDI

DE COCCAPANIS

Allusiua ad FONTEM Gentilitium Eorundem D.D. Comitum
AVGVSTINI, & IOHANNIS
Fratrum de Fontanis.

VIATOR MIRARE
FONS ISTE,
Quem Aquas vndequaque fundentem cernis, Viator
Symbolum FONTANÆ Gentis potiùs, quàm Stemma.
Præclaris namque principijs ita FERRARIÆ pullulans. *a.*
Limpidè per longa secula diffusa est.
Generosos diffluentes hinc Riuos contemplare.
ÆGIDIVS, & GALLIANVS fratres Consules Patauini *b.*
Anno CCCCXXI. Venetæ nascentis Reip.
Patres Electi. *c.*
Alter. *d.* Numa recens primas Leges constituit;
Alter. *e.* Consul primus ipsarum præsul obseruantiæ:
Tantorum Heroum gloria diù propagata,
Sed nocuit aliquando nimia potentia.
PHILIPPVS Archiepiscopus *f.* RAVENNATVM
OBIZI Ferrariæ Ducis Dominationi dùm obstat
Vniuersæ familiæ nolens ferè parat excidium
Anno siquidem MCCLXX. à læso Principe *g.*
Æquatæ solo FONTANORVM Domus, vastata Prædia,
GVLIELMVS, & BVRCHARDVS fratres *h.*

IOH:

IOH: & ALDIGHERIVS, RAIMVNDVS, & IACOBVS filij
Tota è Ditione proſcripti.
At vero aduerſa Fortuna depreſſit ne, an euexit?
FONTIS naturam perpende.
Nunquàm altiùs aſcendit,
Quàm cum anguſtiùs Vnda comprimitur.
Virtus nullibi transfuga
Diuerſarum Regionum nobiles fecit incolas.
BVRCHARDI
Nempè DISSENTITIVM pergentis Progenies inclyta
.j. Militiæ primos honores, CORIENSEM .l. Inſulam,
Et Sac. Rom. Imperij Principatum adepta.
GVLIELMVS
Coniugio .m. propinquus ESTENSIBVS,
Virtute deſiderabilis
Ab ipſo Principe OBIZO .n. reuocatus
Tanto fuit in pretio, vt MVTINENSIA ei negotia .o.
Summâ fiduciâ commiſerit,
Et beneficijs diſpendia compenſauerit.
Quapropter munificentiſſimè ibi detentus
Sacratum Militiarum .p. Equitibus,
Ducibus .q. Exercituum,
Ad magnos Principes .r. Oratoribus,
Epiſcopis, & Apoſtolicis Nuncijs,
Nobilium Ditionum Comitatibus,
Ac Laureâ Sanctitatis
Exornandam reliquit Poſteritatem.
IOHANNES
RAVENNAM .ſ. primùm, poſtmodum .t. MVTILIANAM
Transferens incolatum
Talem ſolidæ gloriæ ſtimulum
Seros in Nepotes transfudit,
Vt ERVMPENTES generoſiſſimè,
Per Virtutem plures Honorum gradus .u. aſcenderint
Tot ſeculæ
FONTEM illum clariſſimis Aquis
Abundè conſpexere manantem?
In Flumen futura verſum conſpicient.

a. *Sarti in Enumerat. familiar. Nobilium Ferrar.* b *Marc. SABELLIC. lib. 2. Rerum Venetarum.* c. *Bernardinus SCARDEONIVS Sacerdos Patauinus.* d. *Marc. SABEL. vbi ſup.* e. *CRESCENT. in Compend. Hiſtor. Illuſt. Famil. Italiæ par. 1. nar. 153. cap 35.* f. *RVBEVS Hiſt. Rauen. fol. 440* g *Rub. ibid. fol. 443* h. *ibid. 444* i. *ex lit. NICOLAI III. 15. Kal. Apr. 1227. Pater BVCCELLINVS .l. Ex publ. & autent. ciuitat. DISSERTIN. atteſt. die 21. Iunij 1681.* m. *Simon FORNARI in ſua Expoſ. Ludou. Arioſt. c. 3. .n. In lib. reggim. mem. ciu. MVTIN. pag. 281. .o. in eodem lib. .p ibid. per tot. .q CRESCENT. vt ſup. fol. 445. & 483. .r. In Archiu. Sacræ RELIGIONIS HIEROSOLYM. de anno 1665. & in ſuprad. lib. MVTINÆ .ſ RVBEVS ibid. fol. 444. & 445. .t. ibid. fol. 563 & ſeq. .u. Ex pub. act. MVTIL. & IMOLEN. & vt fuſius omnia apud Abb. Eugenium GAMVRRIN Hiſt. Geneal. tomo 5. impreſ. fol. Florent. 1685.*

AD MAIVS PIETATIS INCREMENTVM.

✠†† 2 All'

All' Illuſtriſsimo Signor Conte

AGOSTINO FONTANA

Compilatore della Bibliotheca Legale.

Così parla il Signor

LORETO MATTEI

PATRITIO REATINO

AVTORE CELEBRE per l'inſigne Opera Sua del SALMISTA TOSCANO riſtampato in pochi Anni otto volte, e per l'altra de' CANTICI PARAFRASATI &c. e per quella delle ODI, e POETICA d'Horatio pur diuinamente parafraſate.

SONETTO.

FONTANA vn FONTE ſei, ch'vn aureo Fiume
Sgorghi nel MAR della LEGAL Dottrina:
MAR così vaſto, che col Ciel confina,
MAR, dou'altri ingolfarſi in van preſume.

Pur di ſolcar ſi perigliose ſpume
La tua penna hor n'inſegna Arte Diuina:
Ch'apre d'immenſe merci vn Officina
D'infiniti VOLVMI empie vn VOLVME.

Così Chimico induſtre almi liquori
Compon d herbe diuerſe à lui ſol conte,
Così trahe l Ape il mel dà mille fiori.

Corra pur quà con fauci auide, e pronte,
Chiunq; hà ſete di sì dotti humori;
Chi ber desìa, venir, gli è d'vopo, al FONTE.

Digitized by Google

Ad eundem Dominum Comitem

AVGVSTINVM FONTANA

DE CLARA PROGENIE NATVM

AVTHOREM BIBLIOTHECÆ LEGALIS

SERENISSIMO RAYNVTIO II.

PARMÆ, PLACENTIÆ, &c. DVCI DICATÆ.

CARMEN HEROICVM

Illuſtriſsimi, ac Reuerendiſsimi D.

IOSEPHI DE CARLOTTIS

CANONICI PATAVINI,

Et Publici Philoſophiæ de Moribus Profeſſoris.

QVod tibi TEVTONICO MAGNATVM ſanguine vena
1. AVSONIAS inter notiſſima ſplendeat Vrbes
AVGVSTINE, decus fateor, laudoq; nitentis
2. Fortunæ titulos, magniſque aſſentior AVLIS,
Quæ Gentem fouere tuam, clariſq; decorum
3. Nominibus fecere Genus: tibi gratulor ALBAS
PVRPVREASQ. Cruces Equitum, biſidaſq; TIARAS
4. PONTIFICVM: veneror Diuam, quæ aſſerta beatis
Agminibus, curas audit, voceſque ſuorum,
Et conſanguineum ſatagit præſtare iuuamen;
5. Nil etenim negat Omnipotens vbi MARGARIS orat.
Illa tibi gemmas, quas nomine geſtat in ipſo,
Præbuit, vnde tuis diues facundia Libris
Emicat, & pretio LEGALIS ditior omni
BIBLIOTHECA nitet: licet hìc diteſcere: mens hìc
Affluit, & Themidis multo ſe proluit auro,
Quod Calamus Graiæ plenus, Latiæq; Mineruæ
Per totum diffundit Opus, quod nulla vetuſtas
Obruet, & nullis frangetur dentibus æui.
Scilicet vt THETIS Natum immortalibus vndis
Merſerat, intactum letho quà contigit vnda,
Haud aliter Patrio (ſed totum) mergere FONTE
Partum immortalem potuiſſet, MAXIME SCRIPTOR
AVGVSTINE, tuum. Quid longa obliuia tentent
Nomen vbi magnum RAYNVTIVS inclyta Regum
Sanguine Progenies, iam prætulit, & tibi PARMAM
Tradidit, vnde ictus, & noxia tela retundas?
Sic propria viuetis ope, æternùmq, vigebit
Alter ob alteriùs nunquam violabile donum:
IN LIBRIS PRINCEPS, VIVENT IN PRINCIPE LIBRI.

1. *Dictas*

Digitized by Google

1. *Dictas Comes Auguſtini Fontana deſcendit à* IOHANNE *cognominato* HANS *Imperatoris Federici II. Capitaneo, qui vſque de anno 1200. e Germania in Italiam venit cum prafato Imperatore, vt conſtat ex documentis relatis in quinto Volumine Hiſtoriarum Genealogicarum Eugenij Gamurrini impreſſ fol Florentiæ 1685. à pag. 68 vſq; ad pag. 96.*
2. *Progenitores eiuſdem Comitis Auguſtini Fontana fuerunt inter Primarios Aulæ Sereniſſimorum Vrbini, & Florentiæ Ducum, vt habetur in dicto Quinto Volumine Hiſtoriarum.*
3. *Varij eiuſdem familiæ de Fontanis fuerunt inſigniti Habitu, & Cruce Equitum Militum Templariorum, ſeu Hieroſolymitanorum, & precipuè* RAYMVNDVS, *&* IACOBVS *de Fontanis vſq; de anno 1310 Et Eques, ac Comes* GALEATIVS *Fontana noſtris temporibus gloriosè defunctus in Bello Naual. Candiæ contra Turcas. Et varij Habitu, & Cruce Equitum Militum Sacræ Religionis Diui Stephani, De quibus omnibus pariter conſtat ex documentis relatis in dicto Quinto Volumine Hiſtoriarum Genealogicarum.*
4. *Plures eiuſdem familiæ dicti Comitis Auguſtini fuerunt Epiſcopi, & Archiepiſcopi, quos inter* RVBERTVS *Fontana Epiſcopus Mutinenſis anno 1620.* FRANCHINVS, *ſeu* FRANCISCVS *Fontana Archiepiſcopus Mediolanenſis anno 1200. &* PHILIPPVS *Fontana Archiepiſcopus Rauennæ anno 1270 vt in dicto Quinto Volumine Hiſtoriarum.*
5. *Beata* MARGARITA *Fontana, quæ floruit anno 1450. vt conſtat ibidem.*

Al

Digitized by Google

Al Signor Conte

CARL-EMANVEL FONTANA

Paggio già dell' Auguſtiſſima Imperatrice Eleonora defonta, & al preſente del Sereniſſimo di Parma; & Alli Signori Conti

SEBASTIANO, ALDIGHERIO, E BVRCARDO FONTANA

Tutti Fratelli, e Figli del Signor

CO: AGOSTINO FONTANA

Autore della preſente Bibliotheca Legale, acciò maggiormente ſi alletino all' acquiſto delle Virtù nel ſentire quelle del Prenominato ſuo Genitore epilogate nella ſeguente

O D E

Del Signor

GIVSEPPE PISELLI

Patritio di Todi, Accademico delli Humoriſti, e delli Infecondi di Roma, delli Inſenſati di Perugia, de' Caliginoſi di Ancona, de' Diſinuolti di Peſaro, della Dordonea di Venetia, e di quella di Padoua, de' Gelati di Bologna.

Muſa, non più ſoura Teatri argenti
Empir di melodia l' orecchio ai Midi,
E al rauco ſuon de' ſtrepitoſi gridi
Non più gittar le margherite ai Bruti.
Oggi per isfuggir d Invidia l onte,
Che ti guarda co' rai concaui, e tetri,
Manda lontan dal Patrio Clima i metri,
Ed al Felſineo Ciel volgi la fronte.
Vedi colà Chi nel ſaper perenne
a *Dal ſuo bel FONTE emulator del Reno,*
Verſa d'auree Virtù liquor sì ameno
Che porge ampia materia a mille Penne.
Quegli è AGOSTINO, è quell Eroe Togato,
L' Ariſtide, Il Demoſtene de' Fori,
Ch' al perigliosò balenar de gli Ori
Non ſi vide sui Roſtri vnqua abbagliato.

Soura

Soura l'onde Legal non mai tranquille
Ei frà Dotti Giuriſti è il Tifi accorto,
Ne per toccar de la Giuſtitia il Porto
Teme d'Odio, e d'Amor Cariddi, ò Scille.
Ma perche al fin de la ſudata Aſtrea
h *Sembran digiune à vn gran Penſier le Carte,*
Egli riuolge anch'à più Nobil Arte
Ne' Studij ſuoi la peregrina Idea.
Somiglia il Sol, già che diffonde, e vibra
Vaſti ſplendor col luminoſo ingegno,
Che di Strada immortal ſcorre ogni ſegno,
Ne qual Aſtro inchiodato è ſempre in Libra.
Quindi colla ſua mente ampia, e ſublime
c *Lineati ſentier talor paſſeggia,*
E doue è ſol di Verità la Reggia,
E vn limpido ſaper le piante imprime.
Ben ſpeſſo ancor, mentre hà i penſieri in calma,
d *Con gli ameni Peà d'aurei Scrittori,*
Ei di gemme erudite, e di teſori
Colmando và la Galleria de l'Alma.
Pindo il dirà, ch' i ſuoi bei metri ammira,
e *Se sà cangiar con fantaſie canore*
De' Clienti importuni anch' al fragore
La Penna in Plettro, e la Bilancia in Lira.
Ei per moſtrar, ch'oltre le proprie Soglie
Il Mondo è Patria a l eleuate menti,
f *Co' più ſtranieri, e più remoti accenti*
La Dotta lingua ed ammaeſtra, e ſcioglie.
Anzi perche de l' Accademie Argiue
Et non inuidia à gl' Intelletti alati
Scorre i Volumi Aſcrei, Scrigni gemmati,
E in Greche note ora fauella, or ſcriue.
Eh che ſtupor ſe CESARE Imperante,
De Monarchi il Prego, il Sol de Regi
g *Di così illuſtri, e sì famoſi pregi*
Ne vdì la Voce, e ne diuenne amante?
Eh che ſtupor, che queſt Eroe sì chiaro,
Sin doue l'Aſtro i Lidi ſuoi diuora,
Foſſe a la ſaggia, a l'inclita ELEONORA
Ala Pallade Auſtriaca vn dì pur caro?

Ginſtè

Giuſt' è, ch'ancor ne gl'Itali contorni
D'affetti Coronati efigga i cenſi,
h *E che d' ingegno i ſuoi fulgori immenſi*
Giunghino de l' Enotria a i Sogli adorni.
RANVCCIO il sà, ch' in maeſtoſa Sede
Verſa ſecoli d'or da' ſuoi bei Gigli,
i *Se queſt' Eroe, per partorir conſigli,*
Con vn ſenno leal ſposò la fede.
Giuſt' è, ch'in riua al Tebro egli riſuoni
E a gli Alcidi Purpurei aucor ſia grato,
l *E che rimbombi il Nome ſuo lodato*
D' Eminenze Latine in ſino a i Troni
Di chiara ſtirpe, ò Succeſſor ben degno,
O' rampollo immortal! ma Clio, che tenti?
Vuoi forſe d AVGVSTIN gli Eroi già ſpenti
Oggi ſuegliar con Apollineo Legno?
Ben dal Nobil ſuo Tronco io pender veggio,
Frutti del Vatican Mitre Sacrate
m *Miſte à Corone d'Or Croci adorate,*
E candide, e vermiglie indi vagheggio.
A diſperata impreſa accinto indarno
Serie sì grande io celebrar non oſo,
n *Splender già vedo il Genitor famoſo,*
E gli Aui ſuoi preſſo l' Isauro, e l' Arno.
Taccio però; che da gli Empirei ſogli
MARGHERITA mi ſgrida, e par che dica,
o *E' vanità di mia Proſapia antica*
Prodi terreni il colorir sù i fogli.
E poi, come potrei d'alto Retaggio
Contare al Mondo i numeroſi vanti,
Se d' AGOSTIN co' miei pierij cauti
Appena io poſſo anch' adombrarne vn raggio?
Se di GIOVANNI, il cui febeo concento
p *Hebbe, ne' Troni Aſcoltatori AVGVSTI,*
q *E ſe di FVLVIO il Dotto in carmi anguſti*
Chiuder, confuſo, il gran ſaper non tento?
Ma giache laſcio i più facondi, e forti,
r *Del bel fanciullo EMANVEL non parlo*
Gloria de' ſuoi Maggiori, e di quel Carlo
Nato à calcar le più ſourane Corti.

✠ ††† *Dunque*

Digitized by Google

Dunque ſilenzio, ò Clio; china la fronte;
Non sà l'Egeo compendiar le Muſe,
Opra è ſol d' AGOSTIN, mentre racchiuſe
L Ocean de le Leggi entro al ſuo FONTE.

a. Il Sig. Conte Agoſtino Dottiſſimo Giuriſconſulto, ed Illibato nel Giudicare, e per moltiſſimi anni in Bologna Auditore, e Podeſtà. *b.* Non è puro leggiſta, ma verſatiſſimo in altre facoltà. *c.* Egli è eruditiſſimo nelle ſcienze matematiche. *d.* Ornatiſſimo ne gli Studij di belle Lettere. *e.* Poeta ingegnoſiſſimo, come anco ſi vede da alcune ſue compoſitioni ſtampate in principio del Salmiſta Toſcano impreſſo in Bologna l'anno 1688. per il Longhi. *f.* Poſſiede molti Linguaggi, & ottimamente il Greco. *g.* Stimato dall' Auguſtiſſimo Leopoldo, e dalla già Imperatrice Eleonora. *h.* In gran ſtima appreſſo i Prencipi Italiani. *i. l.* è in gran concetto appreſſo molti Cardinali .*m.* la Nobiliſſima Fameglia Fontana hà hauuti, & hà molti Feudi di Contee, Molti Veſcoui, Arciveſcoui in più Città, Caualieri Templari, Malteſi, di S. Stefano &c. *n.* Sebaſtiano Padre dell' Autore fù Giuriſconſulto di primo grado in Fiorenza. Franceſco ſuo Auo gran Letterato Auditore di Coſmo II. Gran Duca di Toſcana. Franceſco ſuo Proauo Inſigne Conſigliere di Franceſco Maria II. Duca d'Vrbino. *o.* la Beata Margherita Fontana è di queſto Ceppo. *p.* Il Conte Giouanni, fratello dell' Autore, Letteratiſſimo; fù eletto da Ceſare per vno de' ſuoi Caualieri Accademici. *q.* Il Padre Fuluio altro Fratello, Gieſuita Dottiſſimo, ed Ottimo. *r.* Il Conte Carlo Emanuelle figlio dell' Autore. Giouinetto di grato ſpirito fù eletto Paggio della già Auguſtiſſima Imperatrice Eleonora, & al preſente è in Corte del Sereniſſimo di Parma.

Digitized by Google

Al Padre

FVLVIO FONTANA

Dottiſſimo, ed Eſemplariſſimo tra li molto Reuerendi P. P.

DELLA COMPAGNIA DI GIESV'

Alluſiuo alla di lui eminente facondia nel predicare, ed alla Celebre Biblioteca Legale,

Opeora del Signor

CO: AGOSTINO FONTANA

Suo Degniſſimo Fratello

SONETTO.

Del Medemo Signor

GIVSEPPE PISELLI

FVLVIO, ſe tù da Pergami diffondi
Con eloquenza d'or ſacri torrenti,
Beuono ogner dà i labri tuoi facondi
Sorſi d'eternità l'alme languenti.

Se 'l tuo AGVSTIN, cinto di Delie frondi,
Sparge in carte d'Aſtrea flutti eloquenti,
Sù i Libri ſuoi dà i più remoti Mondi
Corron per diſſetarſi Ingegni ardenti.

A' che dunque vantate, Aſcree Camene,
Per inaffiar gli Allori à mille fronti,
Le voſtre Pegaſee limpide vene.

Taccian di Pindo i fauoloſi monti
L' erudite Aganippe, e l'Ippocrene.
Di perenni dottrine ecco due FONTI.

Per la Biblioteca Legale

Del Signor

CO: AGOSTINO FONTANA

SONETTO

Del Signor

GIO: MARIA CRESCIMBENI

Accademico Infecondo, ed Intrecciato di Roma.

VAſto Ocean, nel cui profondo ſeno
Naufraga ogn' Opra, e ſi ſgomenta ogn' arte;
Che non mai calma è in te, nè mai ſereno
Splende il tuo Cielo à l' ingolfate ſarte.

E benche ardiſſer molti à te por freno
Felici ingegni in queſta, e in quella parte,
Regger tuo corſo, ò miſurarti à pieno
Neſſun potè co detti, ò con le carte.

Anche pe'l tuo furor giunto è l' Alcide;
Et Elice vediam noſtro conforto,
Che del tuo Polo or su la fronte vide;

Anzi per Noi tanto AGOSTINO hà ſcorto,
Ch' ora trouiam (ciò ch' altri mai non vide)
In queſti fogli e la tua FONTE, e'l porto.

Obſequij

Digitized by Google

Obſequij Symbolum Alludens FONTI, & AQVILÆ
Gentilitijs Admodum Reuerendi Patris

FVLVII FONTANA

E SOCIETATE IESV

In Cathedrali Antenoreę Vrbis Eccleſia Sacri Oratoris
Anno 1687.

EPIGRAMMA

Ad Illuſtriſsimum, & Eruditiſsimum Virum Dominum Comitem

AVGVSTINVM

Huius Bibliothecę Legalis Authorem eiuſdem P. FVLVII FONTANA Fratrem meritiſſimum.

AN ne Aganippeæ prædulci e Flumine Ripæ
Effluxere tui, Fuluie, Fontis Aquæ?
Quæ noua corripuit noſtras facundia mentes,
Melliflua vt Nobis iam videaris Apes!
Iam noui; vel FONTE tuo ſapientia manat,
Vel Tu Doctrinæ FONS animatus eris,
Quin ſi ſæpè tuus iactus ſub fulmine Vultus
Terruit attonitos Voce tonante reos,
Sique acie facili Diuini lumina ſolis
Ingenio haud vetitum eſt cernere poſſe tuo,
Planum equidem aut cinxit te fulmine ſtemmatis Ales,
Aut Aquila ingenium eſt Lux cui meta tuum.

Integerrimæ Pignus Obſeruantiæ
Sanctus Burdegatus Patauinus.

Allu-

Digitized by Google

Alluditur ad FONTEM *Stemma Gentilitium Authoris ex illis verbis Sacræ Scripturæ*

Lex Sapientis Fons Vitæ, vt declinet a ruina mortis.
Prouerb. 13.

EPIGRAMMA.

D. Abbatis

RVBERTI DE FALCONIERIS
PATRITII FLORENTINI.

SI quis amat VITAM, SAPIENTIS ad istius istas
Si tameu ipse velit currere, currat AQVAS.
Currat ad Aonij non limpida Flumina Fontis
Sed potius FONTIS currat ad huius AQVAS
Hæ sunt FONTIS AQVÆ, Themidis qui continet amnes,
Cui LEGVM hic Titulus BIBLIOTHECA datur.
Hæ sunt FONTIS aquæ, qui flumina spargit, & in quo,
Si vis Iustitiæ iura bibisse, bibes.
Hæ sunt FONTIS AQVÆ, qui seruantissimus æqui,
Quæ facienda docet, queque docenda facit.
FONTIS; Aradæi præstat, qui fluminis Vndas,
Estque Phisonæi purior Amne sinus.
Fontis; Niliaci latices qui marginis hausta
Exundantis AQVÆ limpidiore præit
Huic FONTI FONS solis opes, quas condit in Alueo,
Cedit, & huic Raphidim, Daphnis, & Vnda suas.
Huic FONS exiguus, qui sensim creuit eundo
In fluuium solis visus habere iubar;
De queis verba facit Genesis Liber, Exodus, Esther
Et Numeri, & Iosue præcipiente Deo.
Illorum nam FONTIVM AQVÆ sitientis ab ore,
Vt pote FONTANI Fluminis Vnda sitim,
Ista sitim mentis FONTANA extinguit in isto,
Quæ latet interius condita lympha libro.
Hic si quis legisse velit, leget ordine recto
Dispositas leges, quas Themis alma dedit.
Hic leget Astreæ, velut Astra nitentia, Iura
Quæ petit omne forum Iudiciale Legi.
Dumq; leget rebus per lenia mixta seueris,
Lenibus è contra mixta seuera leget.
Proh quid non leget hic? Legat: atq; legendo videbit
Iustitiæ quæuis iura legenda legi.
Et bene, quidquid enim docuere Lycurgius Heros,
Plato, Glyguſq. oculis dat liber iste tuis.
LEGVM ergo hoc SAPIENS percurrat grande VOLVMEN,
Quisquis ab insciticæ morte fugisse velit.
Namq; VT AB EXITIO MORTIS DECLINET, ei (inquit Biblia) FONS VITÆ LEX SAPIENTIS ERIT.

Aliud

Digitized by Google

Aliud
EPIGRAMMA
Eiuſdem, retento eodem themate.

AVguſtine, Comes, FONTANÆ Gloria GENTIS
Auguſtine tuæ FONS, Pelaguſq; Domus
FONS Themidos, Iuris Pelagus, cui nobile LEGIS
Dat Liber inſcriptus BIBLIOTHECA decus
Auguſtine tibi SAPIENS, SAPIENTIA cuius
Manat in iſtius Fonte perenne libri.
Dum tibi vita comes fuerit, dum fama ſuperſtes,
Secula dum vitæ poſteriora tuæ
Hoc tibi laudis erit columen LEGALE THEATRVM;
Hoc tibi Cyrcæum grande decoris erit.
Nec MORS vlla tui tibi nominis inde timenda eſt:
Immortale tuum VIVERE nomen habet
Teſtis enim Deus eſt, eiuſq; eſt BIBLIA Teſtis
Quæ tenet in ſacris talia Verba typis.
Vtqueat à MORTIS quis DECLINARE RVINA,
OLLI Fons VITÆ LEX SAPIENTIS ERIT.

Alluditur
Ad Stemma Gentilitium
Eiuſdem D. Comitis

AVGVSTINI FONTANA
AVTHORIS HVIVS BIBLIOTHECÆ
EPIGRAMMA
D. ABBATIS HORATII DE MAZZEIS
PATRITII FLORENTINI.

LEgiferum populis vidit ſua ſparta Lycurgum,
Vidit Alexandrum Græcia tota ſuum.
Vidit in Armenis Arabum gens iura Peryclen,
In ſcyticis Carydem Gens ſcyta ferre plagis:
Tu quoq; Romuleis viſus dictare fuiſti
Cæſareas leges, Iuſtiniane, tuas.
PLENA fuit Primo prò ſtemmate CONCA, ſecundo
In mediis poſitus Circinus vnus AQVIS.
Erexit ſibi AQVAS Charides, FONTEMQ; Perycles,
Tu verò ALIGERVM, Iuſtiniane, IOVIS.
Dat tibi ſtemma tuum IOVIS, Auguſtine. MINISTRVM
VASAQVEVM, Lymphæ Flumina, FONTIS, Aquas,
Ergò Lycurgus eris, Carydes, Patriæq; Perycles
Orbis Alexander Iuſtinianus eris;
Nam tuus iſte Liber Carydis Legeſq; Lycurgi;
Iuſtiniani Apices, iura Peryclis habet.

De

Digitized by Google

De Bibliotheca Legali

Eiuſdem Domini Comitis

AVGVSTINI FONTANA

Argumentum deſumitur ab illo vulgato Iuris Axiomate-*Nullam fidem merentur, qui ſine Authore loquuntur*, ideo Erubeſcimus ſine authoritate loqui, l. illam, Cod. de Collat.

TETRASTICON.

Eiuſdem Domini Abbatis

ORATII DE MAZZÆIS

PATRIÇII FLORENTINI.

NOn attenduntur, qui nullo Authore loquuntur,
Imò rubro tingunt inde pudore genas.
Qua propter ſubito vt poſſint Authore probari,
Omnia, quæ loquimur, BIBLIOTHECA docet.

Ideo nil mirum ſi Præfatus

D. COMES AVGVSTINVS FONTANA

Dum priuatìm vtebatur hac ſua Bibliotheca, eamdem inſcripſerat tali Epigraphe

HEc eſt Iuridicorum Bibliotheca Librorum,
Qua citò reperiam, quam volo, materiam.

Alluditur ad Vaſtum Mare Iuris, ad *Fontem* Stemma Gentilitium Authoris & ad præſens eiuſdem Authoris Legale Amphitheatrum

EPIGRAMMA

D. PETRI ALEXANDRI DE GINORIS

PATRICII FLORENTINI.

ESt ingens Legum Pelagus, qui fluctuat atro
Sæpè Noto, ſcopuliſque cauis illiſa reclamat
Cymothoe, Dorhoque ſimul turbata procellis
Implicitas inter lites ſtrepituſque forenſes
Et matutinas veſpertinaſque querelas;
Sæpiùs his latis Iuris Conſultus in vndis
Ante hac errebat dum reſpondere Clienti
Vellet quid iubeant fieri Reſponſa Quiritum
Aſt Hic ingenij Princeps, Vberrimus, & FONS
Iuſtinianæi Iuris nunc Omnibus ISTO
Difficiles aditus patefecit in AMPHITHEATRO.

Ad

Digitized by Google

Ad Eundem D. Comitem

AVGVSTINVM FONTANA,

Qui tandem edidit

LEGALE THEATRVM

TETRASTICON.

EIVSDEM D. PETRI ALEXANDRINI DE GINONIS

PATRICII FIORENTINI.

E Disti FONTANA tuum Legale THEATRVM,
Artis, & ingenij Nobile Iuris Opus,
Quo Tua Te celebrat Virtus, fat Fama; tacebo,
Non eſt Vena mihi FONTIBVS apta Tuis.

Hanc Bibliothecam Legalem in Studijs primo neceſſariam eſſe, tanquam caput Omnium Librorum

TETRASTHICON.

D. ABBATIS MICHAELIS-FRANCISCI ROFFIA

NOBILIS FLORENTINI.

S Emper opus capite, vt Quouis in Corpore Rerum,
HOC opus in Studijs Omnibus eſſe LIBRO;
Vnde LIBER Libros tanto ſupereminet ISTE
Quanto cuncta ſuper Cætera Membra Caput.

Accedat Omnis ad Hanc Bibliothecam, Quæ vti *Fons* Legalis, leuat ſitim in omni re & materia vtriuſque Iuris, quam quis ſcire *auidus ſit*; &c.

DISTICHON.

EIVSDEM DOMINI ABBATIS

MICHAELIS FRANCISCI ROFFIA

C Vrrite Queis Gemini perſpecta Volumina iuris
Ora premunt auidam FONS leuat iſte ſitim.

✠✠✠✠ Author

De Bibliotheca Legali

Eiuſdem Domini Comitis

AVGVSTINI FONTANA

Argumentum deſumitur ab illo vulgato Iuris Axiomate-*Nullam fidem merentur, qui ſine Authore loquuntur*, ideo Erubeſcimus ſine authoritate loqui, l. illam, Cod. de Collat.

TETRASTICON.

Eiuſdem Domini Abbatis

ORATII DE MAZZÆIS

PATRIÇII FLORENTINI.

NOn attenduntur, qui nullo Authore loquuntur,
Imò rubro tingunt inde pudore genas.
Qua propter ſubito vt poſſint Authore probari,
Omnia, quæ loquimur, BIBLIOTHECA docet.

Ideo nil mirum ſi Præfatus

D. COMES AVGVSTINVS FONTANA

Dum priuatim vtebatur hac ſua Bibliotheca, eamdem inſcripſerat tali Epigraphe

HEc eſt Iuridicorum Bibliotheca Librorum,
Qua citò reperiam, quam volo, materiam.

Alluditur ad Vaſtum Mare Iuris, ad *Fontem* Stemma Gentilitium Authoris & ad præſens eiuſdem Authoris Legale Amphitheatrum

EPIGRAMMA

D. PETRI ALEXANDRI DE GINORIS

PATRICII FLORENTINI.

ESt ingens Legum Pelagus, qui fluctuat atro
Sæpè Noto, ſcopuliſque cauis illiſa reclamat
Cymothoe, Dorhoque ſimul turbata procellis
Implicitas inter lites ſtrepituſque forenſes
De Statu Eccleſiaſtico quid ſit, & de eius Origine; fide, & Diuiſione lib. 4 p. 1. An Summus Pontifex habeat Iuriſdictionem Supremam Spiritualem, & Temporalem

p. 2. An liceat Eccleſiaſticis habere Principatus temporales, & magnas opes p. 3. de Electione ſummi Pontificis, & Epiſcoporum p. 4.

De Summo Pontifice Cardinalibus, & Prælatis p. 5. de Capitulis Canonicorum, & Religioſorum p. 6. de Collatione Benef. Eccleſiaſt. p. 7. De Pluralitate Beneficiorum Eccleſiaſticorum p. 8. de Sacerdotio, & Sacrificio Miſſæ p. 9. de Religioſis, & Monachis p. 10.

De Bello, & Pace lib. 5. de cauſa iuſti Belli p. 2. de Ducibus Belli p. 3. de Militibus p. 4. de Duellis p. 5. de pace, eiuſq; ſpeciebus p. 6. & 7. impreſſ. 12. *Francof.* 1662.

Attalarij

Egenolphi *Partitiones analyticæ Inſtitutionum Imperialium; impreſſ.* 8. *Hannon.* 1596.

Eiuſdem

Egenolphi *Diſcurſus Pro S. Romani Imperij Maieſtate, pro libertate, ſalute, & Gloria Germaniæ, impreſſ.* 8. *Francof.* 1614. *& in* 4. *ibid.* 1625.

Baronis

Eguinarij *Vide* Baronis.

Heinr. Binnij Diſcurſus Reſp. Ioh: Henr.

Ehelingk, *de Neceſſaria defenſione* 4. *Helmſtadi* 1653.

Chriſtophori

Ehemij *de Principijs Iuris lib.* 7. *quibus iuriſprudentiam arte, Methodo, & ordine doceri poſſe oſtenditur; impreſſ.* 12. *Francof.* . . . . & 8. *Colon.* 1568. & 8. *Hannou.* 1600. & 1601.

Eliæ

Ehingeri *Decreta Apoſtolorum, & Sanctorum Conciliorum* 4. *VVitteb.* 1614.

Varemeudi ab

Eheremberg, *ſeu Euerh. à VVeihe veriſimilia Theologico-Iuridica, & Politice de regni ſubſidijs, & Oneribus Subditorum impreſſ.* 8. *Francof.* 1642. & *antè* 1606.

Eiuſdem

Eheremberg *Meditamenta pro fœderibus, & definitio fœderis nouè reperta, eiuſq; formulæ impreſſ.* 8. *Francof.* 1609. & 8. *Hannou.* 1611.

Hulderici

Eibenij *Diſſ. de ſenſu illuſtris Regulæ Status tantum poſſe in ſuis Territorijs, quantum Imperator in ſuo Imperio* 4. *Gieſſæ, & Vol.* 2. *Fritſch.*

Digitized by Google

Eiuſdem

Eibenij *de Tutela Fœminea* 4. *Gieſſæ* 1656.

Iohannis

Eichelij *Tractatus de iure Naturali Parentum in Liberos, & horum in Parentes. impreſſ. in* 4. *Helmſtad.* 1655.

Eiuſdem

Eichelij *de Litis Conteſtatione Diſp. Inaug. impreſſ.* 4. *Helmſt.*

Eiuſdem

Eichelij *Tractatus de Diuerſis Regulis Iuris impreſſ. in* 4. *Helmſt.* 1652.

Eiuſdem

Eichelij *de Communione Bonorum inter coniuges. Reſp. Iob. Erich. Schultz.* 4. *Helmſt.* 1669.

Eiuſdem

Eichelij *Diſcurſus de Areſtis, impreſſ. in* 4. *Helmſtad.* 1673.

Eiuſdem

Eichelij *Diſſert. de Iuſtitia, et Iure.* 4. *Helmſtad.* .....

Eiuſdem

Eichelij *Diſp. inaug. Reſp.* Schradero *de Confuſione obligationum i. e. concurſu iuris, creditoris, et debitoris in vnam perſonam.* 4 *Helmſtad.* 1671.

Eiuſdem

Eichelij *Diſp. inaug. de pranis, et irrationalibus conſuetudinibus.* 4. *Helmſtadij* 1665. *Reſp. Iac.* Lemcken.

Eiuſdem

Eichelij *Diſp. IV. ad IV. libros Inſtitut.* 4. *Helmſtad.* 1666.

Eiuſdem

Eichelij *de Inculpata Tutela Reſp. Pfeiffers.* 4. *Helmſt.* 1665.

Eiuſdem

Eichelij *Diſſert. de modo, eiuſque à titulo in rerum acquiſitione differẽtijs. Reſp. Gotfr. Roſthaunio;* 4. *Helmſt.* 1665.

Eiuſdem

Eichelij *Diſcurſus de litis denunciatione, et nominatione Domini.* 4. *Helmſt.* 1668.

Eiuſdem

Eichelij *De Iure detractionis, & emigrationis. Helmſt.* 1656.

Eiuſdem

Eichelij *Diſp. inaug. de debitis Feudalibus.* 4. *Helmſt.*

Eiuſdem

Eichelij *Diſſert. de Fideiuſſione.* 4. *Helmſt.*

Eiuſdem

Eichelij *Diſp. inaug. de Iuramento in genere, & in ſpecie.* 4. *Helmſt.* 1662.

Eiuſdem

Eichelij *Comm. in tit. ff. de diuerſis Regulis Iuris antiqui.* 4. *Antuu.* 1652.

Henrici Hahnij Reſp. Ioh:

Eichel *De Tranſitione poſſeſſionis in hæredes.* 4. *Francof.* 1655.

Eiuſdem

Eichelij *Diſſertatio inaug. de precarijs Reſp. Ioh: Henr. Botichero.* 4. *Helmſt.* 1669.

Ioh: Caſp. Vrath Diſp. Reſp. Ioach.

Eichman *De iuribus emigrandi. vol.* 1. *Diſp. Fritſch.*

Iohannis

Eichrodij *Volitationes Academicæ* 25. *de oblationis, depoſitionisque remedio. impreſs.* 4. *Moguntiæ* 1623.

Haronis

Eide *Fouvves V.* Fouvves.

....

Eiiben *Commentatio de Tutela fœminea. impreſs.* 4. *Gieſſæ.*

Conradi ab

Einſidel *Tractatus de Regalibus; impreſſ.* 8 *Halæ* 1610. & 1668. & 1678.

Henrici ab

Einſiedel *Diſp. de Fluminibus.* 4. *Ienæ* 1659.

Chriſt. Phil. Richter Diſp. de ſupremo Dominationis Iure Reſp. Innoc. ab

Einſiedel *Ienæ, & vol.* 2. *Fritſchij.*

Hippolyti

Eiſenmenger *Diſp. inaug. de Bonis Paraphernalibus.....*

Henr. Hahn Reſp. Ioh:

Eizen *De Tutela Matris.* 4. *Helm.* 1661.

....

Elcanno *Tractatus de Perfectione Voluntatis in Teſtamento requiſita, & de teſtamento perfecto ratione voluntatis, & imperfecto ratione ſolemnitatis. impreſſ. fol. Hiſpal.* 1679.

Pauli de

Eleazaris *Bononienſis Repetitio in c. ſi vnanimiter de poſtul. prælat. Habetur in* 2. *Tomo Repetentium in Iure Canonico.*

Item in Rub. de Elect. & in cap. nullus eod. tit. Habetur ibid.

Item in Rub. de Teſtibus, & in c. cum nuncius, & in c. Teſtimonium. Habetur ibid. in tom. 4.

Item in Rub. de can. poſ. & propriet. Habetur ibid. in 3. *Tomo.*

Item in Rub. de reſtit. ſpoliat. Habetur ibidem.

Item in c. literis eod. tit. Habetur ibid.

Item in Rub. de dolo, & contum. & in c. ſi-

Digitized by Google

c. finem litibus eodutitul: Habetur ibid. in tertio tomo.

Item in rubrica de Confessis, & in c. ex parte eod. titul. habetur ibid.

Item in rubrica de probat. & in c. tertio loco eod. tit. habetur ibid.

Eiusdem de

Eleazaris *Quęstiones impress.* . . . .

Eiusdem de

Eleazaris *Epitome Clementinarum Florent.*

Eiusdem de

Eleazaris *in Libros Decretal. Florent.*

Eiusdem de

Eleazaris *in Ius Canonicum. Bonon. & fol. Venet.* 1587.

Hieronymi

Eleni *Balensis Diatribe, seu Exercitatio ad Ius Ciuile libri tres, quorum secundus continet Locorum quorumdam Iuris Explicationes, & Legum Antinomias, tertius continet Regulas Iuris Ciuilis carmine expressas. impress. 8. Antuerp.* 1576.

Eiusdem

Eleni *Annotationes ad Iohannis Pauli Lancellotti Instit. Iuris Ciuilis. 8. Antuerpiæ* 1566. *& 8. Francof.* 1591. *& Helmst.* 1654. *& 12. Paris.* 1670. *& antè 8. Argent.* 1609. *Item cum Annotationibus glossatis. 8. Argent.* 1619.

Eliæ de

Elgallo *S: Rotæ Romanæ Auditoris Decisiones: habentur in corpopore eiusdem S. Rotæ Romanę Decisionum impressarum: huius Authoris Patrię, & magis distincta eiusdem Notitia habetur in Iohannis Baptistæ Cantalmaij Syntaxi Auditorum S. Rotæ Romanæ impress. fol. Romæ* 1640.

Cassiani de Sancto

Elia *Vide Sancto* Elia

Christ. Henr.

Ellenberger *de Concessione Sallinarum Hallensium 4. Ienæ* 1665.

Hieronymi de

Ellonte *Tractatus de Finibus regundis Ciuitatum. impress. 8. Lugd.* 1573.

Alexandro de Sancto

Elpidio *de Autoritate, & Potestate Ecclesiastica Lugd.* 1498.

Eiusdem de Sancto

Elpidio *de Autoritate Romani Pontificis. Lugd.* 1498.

Danielis

Elseuirij *Catalogus Librorum amplissimus omnium facultatum, qui venales extant in suo Bibliopolio Amstelodami impress. 12. ibid.* 1674.

Hieronymi

Elueri *Consualia, seu de Consilijs, & Consiliarijs 4. Francof.* 1620.

Theoph.

Elynckij *Bedenchen de Ærario 8. Stratzburgi* 1614.

Thomæ Illyrici, alias

Elysij *Neapolitani Minoritæ Clypeus Status Papalis, seu de Potestate Summi Pontificis Taurini* 1524.

Leu. de

Embden *de Successione Proneptis in Testamento Proaui Consilium impress. Francof.* 1565.

Iohannis

Emerici *à Rosbach Praxis Ciuilis, seù Processus Iudiciarius, secundum Ordinationem, & Consuetudinem Camerę Imperialis, & Summorum Iudiciorum Germaniæ cum formulis. impress. 8. Francofurti* 1600. *& in 4.* 1670.

Eiusdem Iohannis

Emerici *à Rosbach V.* Rotbach.

Nicolai

Emerici *Directorium Inquisitionum. Romæ* 1578. *& Venet.* 1596.

Iohannis

Emerix *Leodiensis S: Rotæ Romanæ Auditoris Decisiones: habentur in corpore impresso recentiorum.*

Vbbonis

Emmij *de Rep: Græcorum 24. Leidæ* 1654.

Petri

Emottæ *Catholica Fidei professio 8. Paris.* 1578.

Constantini l'

Empereur *Tractatus de Legibus Hebreorum Forensibus impress. 4. Leydæ* 1637. *& in 24.* 1651. *& 8. Genevæ* 1635.

Laurentij

Empolij *Summa Bullarum Pontificialium ad Ordinem Sancti Augustini Spectantiũ 4. Romæ* 1629.

Haubaldi von

Ende *Discussus Criminalis Quæstiones in foro quotidianas concernens cum annexis Iuris Saxonici, atquè Canonici differentijs in sex Capitula diuisus impress. 4. Giessæ* 1615.

Iohannis Michaelis

Endter *de Iudicis suspecti recusatione. impress. 4. Altorff.* 1676.

Enenckelius *Vide* Aeacius.

Ludouici

Engel *de foro competenti 8. Salisburgi* 1663. *& 4. Norib.* 1663.

Digitized by Google

Eiuſdem

Engel *Collegium vniuerſi Iuris Canonici iuxtà triplex Iuris Obiectum* 8. *Salisburgi* 1671. *& parte tertia* 8. *ibid.* 1674.

Eiuſdem

Engel *Collegij Iuris Canonici pars tertia, & vltima de Actionibus* 8. *Salisburgi* 1677.

Eiuſdem

Engel *Priuilegia Monaſteriorum ex Iure Communi deducta* 12. *Salisburgi* 1664.

Eiuſdem

Engel *Manuale Parochorum de pleriſq; functionibus, & Obligationibus ad Parochias, ad Parochos, & Parochianos attinentibus in* 12. *Salisburgi* 1662. *&* 1667. *&* 8. *ibid.* 1677.

Abbatis

Engelberti *de Ortu, progreſſu, et fine Rom. Imperij* 8. *Baſil.* 1553. *et* 8. *Offenb.* 1610.

Arnoldi Henrici

Engelbrecht *Germani Magdeburgenſis Quæſt. ad tit.* 7. *Aureæ Bullæ Caroli IV. qui eſt de ſucceſſione in Electoralibus ex Iure Primogenitura* 4. *in Nucl. Fritſchij, et Searſim* 4. *Halæ Saxon.* 1614. *et Gieſſæ* 1621. *Iſte Auctor indicatur ſub verbo VVeſtphaliæ Vide* VVeſtphaliæ.

Georg. Engelbrecht. Diſp. Reſp: Arnold. Henr.

Engelbrecht. *de iure paſcendi* 4. *Helmſt.* 1665.

Eiuſdem

Engelbrecht *Tractatus de Iure Paraphernorum* 4. *Gieſſæ* 1669.

Eiuſdem

Engelbrecht *Tractatus de Iuriſdictione veteris Reip. Romani translato ad Germanos Imperio Imperatoris Ordinis Eccleſiaſtici Cameræ Imperialis Statuum Imperij, et Ciuitatum inferiorum impreſſ. Hannon.* 1614. *Iſte Auctor indicatur ſub verbo VVeſtphaliæ. Vide* VVueſtphaliæ.

Georg:

Engelbrecht *Diſput. Inaug. ſub præſid. Iohi Eichelij de Debitis Feudalibus* 4. *Helmſt.* 1665.

Eiuſdem

Engelbrecht *Diſp. de Iure paſcendi Reſp. Arn Henr. Engelbrecht.* 4. *Helmſt.* 1665.

Eiuſdem

Engelbrecht *Diſcurſus Acad. Reſp. Conerdingo de pluralitate Votorum* 4. *Helmſt.* 1675.

Diet. von

Engelemſtede *Diſp. Inaug. de Appellatio-*

ne, et reliquis ſuſpenſiuis Remedijs ſub præſ. Henr. Habnij. Helmſt. 1663.

....

Engelſ. *Manuale Parochorum impreſſ.* 12. *Salizburgi* 1662.

Gotfr. Nic. Schleenſtein Diſſert. Reſp. Henr.

Engenhagen *de Compendio Naufragiorum* 4. *VVitteb.* 1677.

Johannis Pyrrhi

Englebermæi *Conſuetudines Aurelianenſes cum alijs fol. Francof.* 1575. *&* 1598.

Eiuſdem

Englebermei *Vide Englebermei.*

Gabrielis

Enriquez *Praxis Ciuilis, y Criminalis: Magis diſtincta huius Autoris Notitia, einſq; qua Operum deſcirptio habetur in Bibliotheca Hiſpana Nicolai* Antonij; *impreſſa fol. Romæ* 1677.

Petri

Enriquez *I. C. Conſiliorum Opera omnia in duos Tomos diuiſa. impreſſ. fol. Venet.* 1605. *&* 1606.

.....

Enriquez *Tractatus de Obligatione reuelandi Hæred. impreſſ.* 4. *Panorm.* 1642.

Caſpari

Ens *Pauſilypus, ſiue Triſtium cogitationum et moleſtiarum ſpongia. impreſſ.* 12. *Colon.* 1631.

Eiuſdem

Ens *Scholæ Politicæ Claſſes duæ impreſſ.* 8. *Colon.* 1631. *et in* 8. 1654.

Matth.

Entzlini *de Fide Inſtrumentorum* 4. *Tubing.* 1588.

Eiuſdem

Entzlini *Diſp. de inofficioſo Teſtamento* 4. *Tubing.* 1586.

Eiuſdem

Entzlini *Diſp. de Legis publicæ Violatione* 4. *Tubing.* 1586.

Eiuſdem

Entzlini *de Pactis, quæ Inſtrumentis inſeri ſolent.* 4. *Tubingæ* 1592.

Eiuſdem

Entzlini *de Succeſſione ab inteſtato Diſp. impreſſ.* 4. *Tubing.* 1589.

S:

Epiphanij *de Ponderibus, et Menſuris cum animaduerſionibus Dionyſij Petauij. fol. Pariſ.* 1622.

Boetij

Eponis *de Prouocatione, ſeu Appellatione à Pontifice ad Concilium.* ....

Eiuſ-

Digitized by Google

Eiuſdem

Eponis *de Beneficialis, et triangularis permutationis Saturnino Iure impreſſ.* 8. *Duaci* 1578.

Eiuſdem Boetij

Eponis *Commentarij Nouem de Teſtamentis impreſſ.* 8. *Duaci* 1581.

Eiuſdem

Eponis *de Iure Exequendi Teſtamenta, ſiu de Executoribus Teſtament. &c. impreſſ.*....

Eiuſdem

Eponis *Tractatus de Immunitate Eccleſiaſtica. impreſſ.*.....

Eiuſdem

Eponis *Heroicarum, & Eccleſiaſticarum Quæſtionum Libri 6. de Iure Sacro, vel principiorum Iuris Pontificij libri tres. impreſſ.* 8. *Duaci* 1589.

Eiuſdem

Eponis *de Regalibus, vel Iure Principis in Beneficijs Eccleſiaſticis* 8. *Duaci* 1578. *Item & Antonij* Bengæij, *& Franciſci* Pinſonij *fol. Pariſ.* 1654.

Eiuſdem

Eponis *de Donatione Conſtantini, & Iuriſdictione Eccleſiaſticorum Temporali. impreſſ.*....

Eiuſdem

Eponis *Oratio de Aureola Doctorali poſt hanc vitam Profeſſoribus nonnullis Iuris Eccleſiaſtici parata* 8. *Duaci* 1578.

Eiuſdem

Eponis *de Honorum Academicorum Vſu* 8. *Duaci* 1565.

Ejuſdem

Eponis *lib. Q. Q. ne Clerici, & Monachi Sæcularibus negotijs ſe immiſceant* 8. *Duaci* 1578.

Eppingen *V. Hartmanni* (Hartmanni).

Achillis

Epſtein *Tractatus de Bonis immobilibus in manum mortuam non transferendis, & de Amortizatione. impreſſ.* 4. *Argentor.* 1670.

Nicolai

Erhardi *Commentaria ad Inſtitut. Imp.* 8. *Argent.*

Deſiderij

Eraſmi *Tractatus de Ciuilitate morum impreſſ.* 8. *Amſtel.* 1645.

Eiuſdem

Eraſmi *Inſtitutio Principis Chriſtiani impreſſ.* 12. *Leydæ* 1641.

Roterodami

Eraſmi *Tractatus de Copia Verborum impreſſ.* 12. *Amſtel.* 1645.

Thomæ

Eraſti *de Lamijs, ſeu ſtrigibus* 8. *Amberg.* 1606.

Ercila *Vide* Garciæ.

Del Padre

Ercolani *Regia delle Vedoue impreſſ. in* 4. *con figure. Extat Venalis apud Combos. Venetijs.*

Ercolani *Vide* Herculani.

Iohannis

Eremitæ, *& Barth.* Bellenzini *Repp. in. c. de fide Inſtrumentorum &c. Vide* Heremitæ.

Henr. VVilh.

Erhard *Diſp. Inaug. de Teſtamentarijs Executoribus. Argent.*

Iohannis Euch.

Erhardi *Frid. Huſani, & Hippolyti Bonacoſſæ de Famulis, & Hominibus propriis* 8. *Gieſſæ* 1663.

Eiuſdem

Erhardi *Diſp. Inaug. de Operis Ruſticorum, & poſt cum Bonacoſſa, & Huſano* 8. *Gieſſæ* 1663.

Nicolai

Erhardi *Commentaria ad Inſtitut. Imper.* 8. *Argent.*....

Iohannis Dauidis

Erhart *Diſp. Inaug. de Anno Gratiæ.* 4. *Argent.* 1670.

Iohannis Nicolai

Erharti *Diſp. Inaug. de Dominio eminenti Maieſtatis. Argent.* 1661.

Eiuſdem

Erharti *Commentaria ad Inſtituta. impreſſ.* 8. *Argent.* 1673.

Ern.

Erlenkampf *Diſp. Inaug. de Contractibus ſimulatis.* 4. *Argent.* 1664.

Iuſtiniani

Erneſti *Tractatus de Tyrannide. impreſſ.* 12. *Leydæ* 1641.

Henrici

Ernſtij *Modus diſcendi Iuris Ciuilis. impreſſ.* 4. *Soræ* 1647.

Eiuſdem

Ernſtij *Catholica Iuris.* 12. *Hafn.* 1634. *& 8. Gryphiſvv.* 1656.

Eiuſdem

Ernſtij *Catholica relecta. & Gryphiſvv.* 1656.

Eiuſdem

Ernſtij *de ſtudijs diebus feſtis commentibus commentatio impreſſ.* 4. *Soræ* 1656.

Eiuſ-

Digitized by Google

Eiusdem

Ernstij *Emendationes in opera posthuma Cuiacij. 8. Hafn. 1634.*

Eiusdem

Ernstij *Statera Iuris Prudentiæ, & Iuris Consulti, qua I. Consultorum dignitatem examinat, Vbi etiam de Off. Gubernatoris Ciuitatum impress. 4. Arnstadij 1662. & 4. Brunsuigæ 1662.*

Eiusdem

Ernstij *Notæ in Valerij Probi Notas Iuris antiqui. 4. Soræ 1647.*

Eiusdem

Ernstij *Obseruationes Iuris. l. duo. 8. Amstel. 1636.*

Erti *Palestra Aulico iuridica de Principum iuribus 4. Stutgardiæ 1685.*

... de

Erzilla *V.* Garsiæ *de Erzilla.*

Esaia *Forensia Practicabilia, impress. fol. Mülhusij.*

Goosuin ab

Esbach *Notæ, & additiones ad Carpzouij definitiones Forenses, impress. fol. Francof. 1672. & 1674.*

Petri de la

Escalera *Gueuara Hisp. I. C. de Metatis, & Epidemetichis: magis distincta huius Authoris Notitia, eiusq; Operum descriptio habetur in Bibliotheca Hispana Nicolai* Antonij. *impressa fol. Romæ 1677.*

....

Escanno *de Testamentis. fol. Hispali 1677.*

Iohannis

Escobar *à Cero Tractatus de Puritate, & Nobilitate probanda, Vbi habentur versa pagina multæ quæstiones notandæ. impress. fol. Lugd. 1633. & fol. Genouæ 1664.*

Eiusdem

Escobar *del Corro de Vtroq; Foro, Exteriori, & Conscientiæ.*

Eiusdem

Escobar *del Corro de Confessarijs Sollicitantibus, & de Horis Canonicis: Magis distincta huius Authoris Notitia, eiusq; Operum descriptio habetur in Bibliotheca Hispana Nicolaij* Antonij. *fol. Romæ 1677.*

Antonij

Escobar *à Mendoza V.* Mendoza.

Alponsi de

Escobar, *& Loaysia de Pontificia, & Regia Iurisdictione in studijs generalibus, & de Iudicibus, & Foro Studiosorum. 4. Madriti. 1643.*

....

Escobar *Tractatus de Ratiocinijs. V.* Munoz.

Iohannis Valerij

Espich *Disp. Inaug. de Testamentis implicitis. Argent. 1649.*

Laurentij Angeli

Espin *Consulta varia Theologica, Iuridica, Moralia, & Historica. in fol. Cęsaraugustæ 1669. Magis distincta huius Authoris Notitia, eiusq: Operum descriptio habetur in Bibliotheca Hispana Nicolai* Antonij *impressa. fol. Romæ 1677.*

...

Espino *Vide* Spino.

...

Espinoy *Vide* Pespinoy.

Sigismundi de

Espuiol *Obseruantiæ Sacri Senatus Cataloniæ. fol. Barcin. 1608.*

Eiusdem

Espuiol *Index Materiarum Doctorum Catalonia: Magis distincta huius Authoris Notitia, eiusq; Operum descriptio habetur in Bibliotheca Hispana Nicolai* Antonij *impressa fol. Romæ 1640.*

Gasparis

Esteuan *de Immunitate Ecclesiastica: Magis distincta huius Authoris notitia, eiusq; Operum descriptio habetur in Bibliotheca Hispana Nicolai* Antonij *impressa fol. Romæ 1677.*

Iosephi

Esteue, *seu Stephani Valentini Episcopi Vestensis Parænesy ad Episcopos Gallos in Causa Henrici Borbonij. 4. Valent. 1590. & 8. Antvv. 1591.*

Eiusdem

Esteue *de Potestate Pontificis coactiua in negotijs secularibus. 4. Romæ 1586.*

Eiusdem

Esteui *Vide (Ioseph)* Stephani.

Adami

Estoni, *seu Eston de Potestate Ecclesiæ. lib. 1.*

Eiusdem

Estoni *de Electione summi Pontificis. lib. 1.*

Estulei *S. Rotæ Romanæ Auditoris Decisiones: habentur in corpore eiusdem S. Rotæ Romanæ Decisionum impressarum: huius Authoris Patria, et magis distincta eiusdem notitia habetur in Iohannis Baptistæ* Cantalmaij *Syntaxi Auditorum S. Rotæ Romanæ. impress. fol. Romę 1640.*

Nicolai

Euerhardi *à Migdelburgo Responsa, siuè Consilia. impress. fol. Louan. 1554. & fol. Francof. 1587.*

Ni-

Digitized by Google

Nicolai

Euerhardi *Iunioris Conſiliorum volum. duo in principio quorum habetur Index Materiarum; de quibus tractant. impreſſ. fol. Aug. Vindelic. 1603. & impreſſ. in 4. Arnheim. 1642. Item impreſſ. fol. Antuerp. 1643.*

Georgij

Euerhardi *Fratris prædicti Nicolai Iunioris, & Filij ſupradi. Nicolai Senioris Conſiliorum volum. duo impreſſ. fol. Aug. Vindelic. 1618.*

Eiuſdem

Euerhardi *de Statu Religioſorum. 4. Dilingę 1587.*

Nicolai

Euerhardi *Loci Argumentorum Legales impreſſ. 8. Venet. 1544. & 8. ibid. 1607. & 8. Francof. 1604. 1619. & 1648. & antè 4. Harneim. 1643. et 8. Colon. 1662.*

Nicolai

Euerhardi *Synopſis Locorum Legalium impreſſ. 8. Duaci 1651.*

Nicolai

Euerhardi *Tractatus de Teſtibus, & Fide Inſtrumentorum. impreſſ. fol. Francof. 1618.*

Nicolai

Euerhardi *Corpus Inſtit. Iuſtin. in 9. materias primum, deindè certa pronunciata diſtinctum, et ad diſputādum publicè propoſitum impreſſ. 8. Diling. 1575.*

Nicolai

Euerhardi *Lampas, ſiuè Fax Iuris Iudiciarij. impreſſ. 4. Francof. 1611.*

Nicolai

Euerhardi *Aphoriſmi Legales, acceſſit Enchiridion Preſcriptionum, et præſumptionum. impreſſ. 4. Francof. 1614.*

Nicolai

Euerhardi *Synopſis Topicorum, impreſſ. 12. Magdeburg. 1602. et 1610.*

Nicolai

Euerhardi *Legum præcipuarum Ediſcendarum Catalogus. impreſſ. 8. Colon. 1607.*

Nicolai

Euerhardi *Solemnis Repet. cap. Quoniam contrà falſam extrà de probation. In qua continentur de Teſtibus, et de Fide Inſtrumentorum Tractatus ampliſſimi. impreſſ. fol. Francof. 1619.*

Nicolai

Eugenij *Decreta, et Leges Venetorum in modum Digeſti accomodata. fol. Venet. 1598.*

Marci Antonij

Eugenij *Peruſini Conſiliorum liber primus impreſſ. fol. Peruſ. 1588. Item liber ſecundus fol. Romæ 1625.*

Ioh: de

Euio *Labyrinthus Commercij Naualis.*

...

Euſtachij *Conſtantinop. Anteceſſor. de variis Temporum in iure Ciuili Obſeruationes Gr. Lat. Extant. cum Christian. VVoldenburgi Tractatu de numeris vtriuſq. Iuris 4. Roſtochij 1670.*

Luitprandi, ſeu

Eutrandi *Diaconi de Romanorum Pontificum Ritu per Iohannem Buſeum Mogunt. 1602.*

....

Eutropij *Longobardi Presbiteri de Iuribus, ac Priuilegijs Imperatorum in Imperio Romano tom. 1. Monarch. Goldaſt. Francofurti 1621.*

Iohannis

Eunich *de Officio fidelis, & prudentis Magiſtratus tempore Peſtilentiæ Rempublicam à Contagio præſeruandi, & liberandi 8. Neap. Nemetum 1582.*

Andreæ ab

Exea *Tractatus de Pactis Habetur in tom. 6. parte 2. fol 2. Item eſt impreſſ. 4. Francof. cum* Baldo, & Caccialupo *pariter de Pactis.*

Eiuſdem ab

Exea *Repetitio in Rubrica de Conſtitutionibus, & in c. 1. c. cognoſcentes, & c. cum omnes eod. titul. Habetur in 2. tomo Repetentium in iure Canonico.*

Ioſephi de

Exea, & *Scartin ad legem vnicam Codicis de Palatijs, & Domibus Domicis 4. Caſaraguſtæ 1655.*

Dionysij

Exigui: *anonum Eccleſiaſticorum Codex. 8. Pariſ. 1653.*

Huldarici

Eybeni *Obſeruata Theorico Practica ad quatuor Inſtitut. libros. impreſſ. 4 Gieſſæ. 1663.*

Eiuſdem

Eybeni *Electa Feudalia 4. Gieſſæ 1669.*

Christophori VVilhelmi

Eybenij *de Stylo curiæ 4 Francofurti 1675.*

Huldarici

Eyben *Commentatio de Tutelæ Fœminea. impreſſ. 4. Gieſſæ. 1656.*

Eiuſdem

Eyben, & *Antonij* Bertrami *Diſcurſus de Intereſſe 4. ibidem 1656.*

Fr.

Digitized by Google

Fr. Nicolai

Eymerici *Directorium Inquiſitorum fol. Venet. 1607. et fol. Roma.*

Tiallingi ab

Eyſſingha *Friſij Commentarij breues in 4. Libros Inſtitutionum 8. Lugd. 1594.*

Michaelis Aitſingeri, ſeu

Eytzingeri *Theſaurus ſcilicet Genealogia Principum hac ætate in Europa viuentium 8. Coloniæ 1590.*

Iohannis Antonij

Ezauatarij *Praxis fori Mediolanenſis.*

Ezpeleta *Vide* Aingi.

F

A.P.

F *Oculus Conſiliariorum, qui in Sacris potiſſimum curijs munere funguntur, vel functuri ſunt. Molshemij 1675.*

Iohannis Franciſci

Fabæ *Tractatus de Eſſentia Infantis Proximi Infantiæ, & Proximi Pubertati &c. impreſſ. 8. Florentiæ 1569. & habetur in tom. 8. parte 2. fol. 388.*

Frà

Fabiani *Ianuenſis Tractatus de Cambijs Habetur in tom. 6. parte 1. fol. 410. & Bononiæ 1626.*

Fabiani *de Monte Sancti Sabini Tractatus de Contractibus in genere, & de Emptione, & Venditione. Habetur in tom. 6. p. 1. fol. 59.*

...

Fabij *Hercyniani, aliàs* kelleri (*Iac.*) *Litura Cancellariæ Hiſpanicæ à Lud. Camerarij inſtructæ 4.... 1624.*

Peregrini

Fabij *Deciſiones Rotæ Romanæ fol. Romæ.*

Antonij

Fabri *Sebuſiani Rationalia in 1. & 2. partem Pandectarum tomi duo, impreſſ. fol. Colo. Allobrog. 1619. & fol. Geneu. 1631. Prædicti duo tomi in Pandectas ſunt à Libro primo ad librum quartum tomus primus, Item tomus ſecundus à libro quinto ad 11. Pandect. Item tomus tertius à libro 12. ad 13. Item tomus quartus à libro 14. ad 16. Item tomus quintus à 17. ad 19. impreſſ. fol. Aurelian. 1626. item Genevæ 1631. tomi 5. in fol. & Lugd. 1659.*

Eiuſdem

Fabri *Opera omnia impreſſ. fol. Lugd.*

Eiuſdem

Fabri *Theologico-Iuridico-Politicus de Religione regenda in Republica, impreſſ. 4. Francof. 1665. & Erffurti, & Lipſiæ 1665.*

Eiuſdem

Fabri *Iuriſprudentia Papiniana Scientia impreſſ. 4. Francof. & Lipſiæ 1665. et fol. Lugd. 1658.*

Eiuſdem

Fabri *Coniectura Iuris Ciuilis liber primus ad 12. volum. vnum impreſſ. fol. Lugd. 1598. item à 13. ad 16. Volumen alterum impreſſ. ibid. 1602. item impreſſ. fol. Genevæ 1630. et 1659. et fol. Lugd. 1661.*

Eiuſdem

Fabri *Coniecturarum iuris libri 20. tomus vnus, vbi habentur multa loca iuris explicata impreſſ. fol. Aurelianæ Allobrogum 1609. et fol. Lugd. 1659. et 1661.*

Ad Coniecturas Iuris

Fabri *Additiones fecit Hieronymus Borgia impreſſ. fol. Neap. 1678.*

Eiuſdem

Fabri *Tractatus de Erroribus pragmaticorum, impreſſ. in fol. Lugd. 1658. vol. duo, et 4. Genevæ 1612.*

Eiuſdem

Fabri *Conſultatio pro Ducatu Montis Ferrati contrà Sereniſſimum Ducem Mantuæ, et pro Sereniſſimo Duce Sabaudiæ, impreſs. 4. Vincent. 1618. 4. Lugd. 1617. et 4. Francof. 1619.*

Eiuſdem

Fabri *Tractatus de varijs Nummariorum debitorum ſolutionibus contra Carolum Molinæum annexa diſputatione de Patruæ Hæreditate inter ſolos Fratrum filios diuidenda; impreſs. 8. Lugd. 1598. et 8. Norimb. 1622.*

Eiuſdem

Fabri *Codex Fabrianus Definitionum Forenſium, et rerum in Sacro Sabaudiæ Senatu tractatarum ex ordine titulorum Cod. Iuſtinianæi in 9. libros diſtributus, impreſſ. fol. Colon. Allobrog. 1640. item fol. Lugd. 1649. et 1661. et fol. Genevæ 1659.*

Aduerſus Codicis

Fabriani *protatachodoxa Lectius V. Lectius. Exercitationes ad partem poſteriorem Chiliados.*

Fabri *Bachouius V.* Bachouius.

Epiſtolæ Iuris Exercitt. ad Anton.

Fabrum. Melchioris *de Valentia.*

Ad l. 1. & 2. Antonij

Fabri *Schiforderg V.* Sciforderg.

Ad

Digitized by Google

Ad

Fabri *Lecturam super IV. libr. Institut. Addit. Iohannis de* Gradibus.

Georgij Friderici

Fabri *de non numerata pecunia 4. Argentorati 1670.*

Frà Gabrielis

Fabri *Ordinis Min. Conuentual. Confutatio Responsionis, quàm in lite præcedentiæ inter Conuentuales, & Obseruantes exorta, quidam Anonymus in lucem eduxit ad fauorem Obseruantiæ impress. 8. Astæ 1629.*

Iacobi

Fabri *Tractatus Iuridicus de Alimentis impress. 8. Norimb. 1628. & 4. Lipsiæ 1654.*

Iohannis

Fabri *Disputatio de non appellando 4. Argentorati 1653.*

Iohannis

Fabri *Galli Commentaria in 4. Institut. libros impress. fol. Venet. 1582. & 4. Lugd. 1594. & antè ibid. 1593. et fol. Venet. 1565.*

Eiusdem

Fabri *Commentaria in Codicem impress. fol. Lugd. 1550. et antè 4. ibid. 1594. item fol. Lugd. 1579. Vbi etiam adest tractatus* Bartholi *de Insignibus, et Armis, et etiàm repetitio in Materia Torturarum.*

Eiusdem Iohannis

Fabri *Tractat. Sententia Alciati explosa in quæstione Vtrum Iuramentum seruandum sit, si iurans non alienare Feudum Dotalem posteà cum Iuramento contraueniat. impress. Colon. 1659.*

Iohannis

Fabri *Syntagma Iuris Ciuilis, et Criminalis impress. fol. Genevæ.*

Iohannis

Fabri *de VVerdea de Priuilegijs Pauperum 4. Lipsiæ....*

Laurentij

Fabri *Tractatus de Veneranda Magistratus Dignitate, et de Iustitia exercenda. impress.... 1553.*

Nicolai

Fabri *I. C. Galli vita descripta per Franc. Balbum 4. Paris. 1614.*

Petri

Fabri *Semestr. lib. primus impress. 4. Lugd. 1590.*

Liber secundus impress. ibid. 1592.

Liber tertius impress. ibid. 1595.

Liber quartus impress. Paris. 1647.

Item impress. 4. Genevæ 1660.

Item Eiusdem Auth. Comm. de Iustit. et iure, de origine Iur. et de Magistr. Rom. in dictis tomis.

Item præd. Commentaria de Iustit. et iure, & de origine iuris sunt etiàm impressa de per se 4. Lugd. 1604.

Eiusdem

Fabri *Agonistica, seu de Re Athletica, & Ludis Veterum 4. Lugd. 1592. & 1598.*

Eiusdem

Fabri *de Iustitia, & Iure 4. Lugd. 1604.*

Eiusdem

Fabri *de Magistratu Romano 4. Lugd. 1590. & extat cum Semestribus eiusdem.*

Eiusdem

Fabri *Commentaria ad tit. de reg. Iuris antiqui impress. 4. Lugd. 1602. Item in 4. Genevæ 1618.*

Rodolphi

Fabri *Systema triplex Iuris Ciuilis, & Criminalis, Canonici, & Feudalis. impress. fol. Genevæ 1643.*

Eiusdem

Fabri *Clauis Iuris prudentiæ, siuè Institutionum Iustiniani breuis explicatio impress. 4. Gratianopoli 1638.*

Timæi

Fabri *Annotationum in multas leges, canones, & Iuris Ciuilis loca explicantur, impress. 8. Amstel. 1608.*

Eiusdem Timęi

Fabri *Disputationes Anniuersariæ ad 4. libros Institutionum Imperialium. impress. 4. Franekeræ 1609. & 1615. & 4. Lugd. 1612. & 4. Amstel. 1623.*

Eiusdem Timæi

Fabri *Vita descripta per Hectorem Bouricium 4. Franekeræ 1623.*

Iohannis de

Fabria *Tr. super Declaratione Indulgentiarum..*

Mambrini Rosæi de

Fabriano *Vide* Rosæi.

Antonij

Fabricij *in Theoriam, & Praxim Beneficiorum Ecclesiasticorum 4. Turnoni 1676.*

Conradi

Fabricij *Disputationes ex Vniuerso Iure Romani Imperij desumptæ 4. Marpurg. 1637.*

Friderici

Fabricij *Corpus Iuris Cameralis continens omnes S. R. Imperij Constitutiones, Ordinationes, decreta, Visitationes &c. 4. Francof. 1623.*

X Mart.

Digitized by Google

Mart.Phil.

Fabricij *Diſp. inaug.de Anargyria, ſeu non numerata pecuniæ exceptione 4. Argent.* 1666.

Georgij

Fabricij *Diſp.Inaug. de Collegijs Opificum 4. Ienæ* 1655.

VVeiperti Ludou.

Fabricij *Tractatus in Mynſigeri Obſeruationes Camerales; impreſſ. 4. Francof. & Darmſtad.* 1666. & 1669.

Vlderici

Fabritij *Vita deſcripta per Iuſtum Globerum...*

Euerhardi

Fabritij *Repetitiones Gailij, ſiue Enucleatio Controuerſiarum Nobilium; impreſſ. 4. Giſſæ* 1655. *et 4. Lipſ.* 1662. *et 4. Coloniæ* 1662.

Hermanni

Fabroni *de Iure Eccleſiaſtico, impreſſ.* 12. *Hirsfeld.* 1632. *et in* 8. ...

Caroli Annibalis

Fabrotti *Prælectio, in Tit. Decretal. Gregorij IX de Vita, et Honeſtate Clericorum &c. impreſſ. 4. Pariſ.* 1651.

Eiuſdem

Fabrotti *Replicatio aduerſus Claudij Salmaſij refutationem, in qua mutuum alienationem eſſe oſtenditur &c. impreſſ. 4. Pariſ.* 1647.

Eiuſdem

Fabrotti *Exercitationes* 12. *impreſſ. 4. Pariſ.* 1639.

Eiuſdem

Fabrotti *ad Balſamonis Collectionem Canonum. Pariſ.* 1661.

Eiuſdem

Fabrotti *Leges* 14. *Gr. Lat. quæ in Libris Digeſtorum deerant. Pariſ.* 1639.

Eiuſdem

Fabrotti *in Inſtitut. Theophili Græco-Latinas. 4. Pariſ.* 1638. & 1657.

Eiuſdem

Fabrotti *Schol. & Notæ ad Inſtit. 4. Pariſ.* 1638. & 1645.

Eiuſdem

Fabrotti *Aquiſextienſis Notæ ad tit: Cod: Theodoſiani de Paganis, Sacrificijs, et Templis eorum. 4. Pariſ.* 1618.

Eiuſdem

Fabrotti *de Partus Humani tempore. Extat cum* Caranza. 4. *Genev.* 1629.

Lat.

Fabrotti *Baſilicon iuris libri 60. cum Verſione tomi 7. impreſſ. fol. Pariſ.* 1647.

Pauli

Fabulotti *Tractatus de Poteſtate Papæ ſuper Concilium. 4. Ferrariæ.*

Andreæ

Facchinei *Foroliuienſis Conſiliorum libri tres. impreſſ. fol. Francof.* 1610.

Eiuſdem

Facchinei *Controuerſiarum Iuris libri trefdecim impreſſ. fol. Venet.* 1609. *et* 1619. *tomi quatuor, et cum Cornelij* Pynackeri *Operis. 4. Coloniæ* 1660. *et* 1678.

...

Facella *de recta adminiſtratione Iuſtitiæ impreſſ. in fol.*

Ludouici

Fachſij *Conſilia: impreſſ. fol. Lipſ.* 1599.

Eiuſdem

Fachſij, & *Benedicti Reinhardi differentiarum Iuris Ciuilis, & Saxonici libri duo. impreſſ. 8. Ienæ.* 1585. & 1595.

Melchioris

Facini *Conſilium Matrimoniale. Francof.* 1580.

Sebaſtiani

Facinſę, *ſeu Facinæ Tractatus de Clericorum Vita, & honeſtate.*

...

Facult. *Vide* Pariſienſis.

Iohannis Franciſci

Fagnani *Tractatus de Iuſtitia. & Validitate Cenſurarum Pauli V. in Rempublicam Venetam. 4. Romæ* 1607.

Proſperi

Fagnani *Comment. in 5. Lib. decretalium Tomi 8. Item Tomus alter, in quo continetur Index Generalis, ſeu Repertorium impreſſ. fol. Romæ* 1661. & *Coloniæ Agrip.* 1681. *vollumina quatuor.*

Eiuſdem

Fagnani *Comment. in cap. ne innitaris de Conſtitut. vbi quæſtiones de Opinione probabili accuratè diſcutiuntur. impreſſ.* 12. *Bruxellis* 1667.

Stephani

Fagundez *Tractatus de Iuſtitia, & Contractibus, acquiſitione, & locationibus. impreſſ. fol. Lugd.* 1641.

Eiuſdem

Fagundez *Tractatus de acquiſitione, & Tranſlatione Dominij. fol. Lugd.* 1641.

Eiuſdem

Fagundez *In quinquè Eccleſiæ præcepta impreſſ. in fol.*

Eiuſdem

Fagundez *Tractatus in Præcepta Decalogi impreſſ. in fol. vol.* 2.

Chri-

Chriſtoph.

Falkenhorſt *de Bancoruptorum ſcelere practico. 4. Roſtoch. 1625. & Regiom. 1624.*

Nicolai

Faiani *Viterbienſis Mulier Tranſiens ad 2. Vota, an dicatur honeſtè, et caſtè viuere. Habetur in Tom. 9. fol. 12.*

Didaci Antonij

Faiardio *Matritenſis Allegationes Fiſcales in fol. Lugduni 1671. et in fine adeſt etiam Tractatus de Legitimatione per Subſequens Matrimonium.*

Iohannis Chriſtophori

Falckner *Diſp. Reſp. Alberti de Antiquo, et Moderno Adoptionum Iure, et Statu. 4. Iena 1673.*

Eiuſdem

Falckner *Diſp. de Authochiria, ſeu Homicidio ſui ipſius Reſp. Nic. Franckl. 4. Iena 1670.*

Eiuſdem

Falckner *Diſp. Reſp. Buytendyck de Carceribus. 4. Iena 1668.*

Eiuſdem

Falckner *Diſp. Reſp. Bernardo Bergner de fauore Iuris. 4. Iena 1668.*

Eiuſdem

Falckner *de Iure Hoſpitiorum. Iena 1666.*

Eiuſdem

Falckner *de Iuramentis illicitis. Iena 1671.*

Eiuſdem

Falckner *de Iure. et Legitimatione Spuriorum. 4. Iena 1670.*

Eiuſdem

Falckner *Diſp. de remiſſione Locarij obſteriſitatem, alioſq; caſus Fortuitos Reſp. Alberti. 4. Iena 1675.*

Eiuſdem

Falckner *Diſp. inaug. Reſp. Adolph. Schelbaſe de Fœneratorum per S. C. Macedonianum coercitione 4. Iena 1668.*

Eiuſdem

Falckner *Diſp. Inaug. Reſp. Beni. Dreſcharff. de purgatione Morę 4. Iena 1675.*

Eiuſdem

Falckner *Reſp. Buſſio de iure reconueniendi 4. Iena 1672.*

Einſdem

Falckner *Diſp. de re integra 4. Iena 1673.*

Eiuſdem

Falckner *Diſp. Reſp. Lehmann de Iure Sacro 4. Iena 1668.*

Einſdem

Falckner *Diſp. Reſp. Sotter de Salarijs præcipuè paſtorum 4. Iena 1677.*

Eiuſdem

Falckner *Diſp. Reſp. Ioh. Chriſt. Buluer de ſub, & Obreptione 4. Ienæ 1624.*

Eiuſdem

Falckner *Reſp. Mich. Forſter ex 5: C: Velleiano, et interdictæ interceſſionis Fœminarum Statu. 4. Iena 1668.*

Aymani

Falconei *Tractatus de compendioſa ratione, qua quis ditari poteſt. impreſſ. 8. Lugd. 1542.*

Probæ

Falconiæ *Opuſculum ex Virgilij Carminibus excerptum de Fidei noſtræ miſterijs 8. Colon. 1592.*

Æneæ de

Falconibus *Tractatus de reſeruatis Papæ, et Legatis de latere habetur in tom. 15. parte 1. fol. 248.*

Eiuſdem de

Falconibus *de Beneficiorum Reſeruationibus in tom. XV.*

Iohannis Gratiani

Falconij *Hiſpani Quingentarum Regularum iuris cum ampliatione, et limitatione, Vbi habentur in principio multa loca iuris explicata. impreſſ. fol. Matrit. 1581.*

V. etiam Gratiani [*Falconij*]

Nicolai

Falconij *Spoletani, et Aduocati Romani index Generalis rerum notabilium contentarum in Operibus Legalibus Eminentiſſimi Iohannis Baptiſtæ Cardinalis de Luca fol. Romæ 1680. Tomi duo.*

Iohannis Chryſoſt.

Faniani *Lib. de Arte Metallicæ Metamorphoſeos vnà cum iudicijs veterum I. C. de iure Artis Metallicæ, et Reſponſis ad quæſtionem: an Alchymia ſit ars legitima 8. Baſil. 1576.*

Martini de

Fano *Tractatus de Succeſſionibus. impreſſ.*

Eiuſdem de

Fano *de probanda negatiua. Extat cum Franciſci Herculani de eadem Materia 12. Francof. 1664. et 8. Colon. 1592. et in tom. 4.*

Eiuſdem de

Fano *de Auxilio, ſeu Brachio implorando per Iudicem Eccleſiaſticum, vel contrà in tom. XI.*

Eiuſdem de

Fano *de Exceptionibus antè impreſſum Litis in tom. 3.*

Eiuſdem de

Fano *de Modo, et Methodo iuris diſcendi. Venet.*

Eiuſdem Martini de

Fano *ſecundum Iaſonem, ſecundum alios Guidonis de Suzaria de iure Emphyteutico 8. Vrſell. 1599. & in tom. 9.*

Eiuſdem Martini de

Fano *Vide* Martini *de Fano.*

Iohannis

Fantucij, *ſeu de Fantuzzis Bononienſis Conſilia.*

Eiuſdem de

Fantuzzis *Commentaria ſuper 6. Decret. Bonon. vt teſtatur* Alidoſius *in ſuo libro, cui titulus* I Dottori Bolognesi. *impreſſ. 4. Bonon. 1620. vbi etiam plura de eodem de Fantuzzis ſcripſit.*

Federici

Fanuccij *S: Rotæ Romanæ Auditoris Deciſiones: habentur in corpore eiuſdem S: Rotæ Romanæ Deciſionum impreſſarum: huius Authoris Patria, & magis diſtincta eiuſdem Notitia habetur in Iohannis Baptiſtæ Cantalmaij Syntaxi Auditorum S: Rotæ Romanæ impreſſa fol. Romæ 1640.*

Iohannis Franciſci

Fara *Sardi Tractatus de Eſſentia infantis Proximi Infantiæ, & proximi pubertati habetur in tom. 8. parte 2. fol. 388.*

. . .

Farditij *S: Rotæ Romanæ Auditoris Deciſiones: habentur in corpore eiuſdem S: Rotæ Romanæ Deciſionum impreſſarum: huius Authoris Patria, & magis diſtincta eiuſdem Notitia habetur in Iohannis Baptiſtæ Cantalmaij Syntaxi Auditorum S: Rotæ Romanæ impreſſ. fol. Romæ 1640.*

Bartholomæi

Fargij *Tractatus ad Criminales cauſas.*

Didaci Ybanez de

Faria *ad reſolutiones conarruuias. impreſſ. fol. Madriti 1660. & fol. Lugd. 1676.*

Proſperi

Farinacci *Romani Opera omnia viginti voluminibus comprehenſa, ſcilicet praxis, & Theoricæ.*

1 *Criminalis pars prima tomus primus.*
2 *Item partis primæ tomus ſecundus.*
3 *Item partis ſecundæ tomus primus.*
4 *Item partis ſecundæ tomus ſecundus.*
5 *Item liber quintus, ſeu partis tertiæ tom. 1. vbi de falſitate, & ſimulatione.*
6 *Item partis tertiæ tomus ſecundus, vbi de furtis.*
7 *Item Fragmentorum Criminalium, pars prima.*
8 *Item pars quarta in qua de Hæreſi.*

In quibus quatuor partibus, ſicut ſupradictis

ſtributis continentur centum, & nonaginta ſeptem quæſtiones Materiam Criminalem complectentes hoc modo diuiſæ.

In primis vndecim agitur de Inquiſitione, per alias quinque agitur de accuſatione, hoc eſt ab 11. vſq; ad 16. per alias decem de Delictis, & pœnis, hoc eſt à 16. vſq. ad 26. per alias nouem de Carceribus, & Carceratis hoc eſt à 26. vſque 35. per alias ſeptendecim à 35. vſq; ad 52. per alias viginti, & octo de Teſtibus, hoc eſt à 52. vſque ad 80. per alias octo de Reo confeſſo, & conuicto hoc eſt à 80. vſque ad 88. per alias decem de Pœnis temperandis hoc eſt ab 88. vſque ad 98. per alias ſex tractantur variæ, ac diuerſæ quæſtiones hoc eſt à 98. vſque ad 104. per alias ſeptem de variis, ac diuerſis Criminibus, hoc eſt à 104. vſque ad 111. per alias ſeptem de Crimine læſæ Maieſtatis, hoc eſt à 111. vſque ad 118. per alias decem de Homicidio hoc eſt à 118. vſque ad 128. per alias ſeptem de Conſultoribus, Auxiliatoribus, & Mandatoribus, hoc eſt à 128. vſque ad 135 per alias tredecim de delictis carnis, hoc eſt à 135. vſq; ad 149. per alias quindecim de falſitate, & ſimulatione hoc eſt à quæſtione 149. vſque ad 164 per alias tredecim de Turtis hoc eſt à 164. vſq; ad 177. Poſt hunc Tomum alligata reperitur ſæpè, ac ſæpiùs prima pars fragmentorum criminalium. Per alias viginti de Hæreticis hoc eſt à 177. vſque ad 197.

Et ſic in quatuor partibus, & tomis ſeptem Diſtinctis, quæ habentur impreſſæ fol. Romæ 1609. & ſequentibus annis. Item fol. Venet.

Item fol. Lugd. 1634.

Item antè fol. Francof. 1615. & 1632.

Item fol. Antuerp. 1616.

9 *Item eiuſdem Farinacij Tractatus de Immunitate Eccleſiarum, & Confugientium ad eas impreſſ. fol.*

10 *Item Fragmentorum Criminalium, pars ſecunda ad Tractatum de falſitate, & ſimulatione impreſſ. ibid.*

11 *Item eiuſdem* Farinacij *Tractatus de Teſtibus. impreſſ. fol. Venetijs 1609. & cum Additionibus fol. Oſnaburgi 1617. edit. à Vierregio.*

12 *Item eiuſdem* Farinacij *Cõſiliorum liber. 1. impreſſ. fol. Venet. 1615. & Coloniæ 1649. cum Additionibus* Famiani Centolini *I. C. Galeſij.*

13 *Item eiuſdem* Farinacij *Deciſiones*

140.

Digitized by Google

140. *Sacræ Rotæ Romanæ Criminalem materiam respicientes impress. fol. Romæ 1615. & Coloniæ Allobrogum, 1649. cum additionibus Famiani Centolini I.C. Galesij, quod, & volumen primum Decisionum Criminalium inscribitur, & sæpè sæpiùs post dictum primum volumen Consiliorum.*

14 *Item Eiusdem* Farinaccij *liber 2. consiliorum vna cum 62. resolutionibus criminalibus Hieronymi de* Fedricis, *& cum 372. Decisionibus Sacræ Rotæ Romanæ ad rem Criminalem attinentibus. impress. fol. Romæ 1615.*

15 *Item liber tertius consiliorum eiusdē* Farinaccij *impress. fol. Romæ 1620.*

16 *Vbi habentur etiàm additiones eiusdem* Farinaccij *ad sua Opera.*

Supradicta Opera

Farinaccij *habentur etiam impressa fol. Francofurti 1622. & fol. Norimbergæ 1676.*

17 *Item eiusdem* Farinaccij *Repertorium iudiciale cum Fragmentis. impress. fol. Lugd. 1639.*

18 *Item eiusdem* Farinaccij *Repertorium de Contractibus similiter cum fragmentis. impress. fol. Lugd. 1642.*

19 *Item eiusdem* Farinaccij *Repertorium Criminale vnà cum fragmentis impress. .... quod & ipse citat in suo Repertorio iudiciali quæstione 31. sub n. 14.*

20 *Item eiusdem* Farinaccij *repertorii de vltimis voluntatibus. impress. fol. Lugd. 1644.*

Item idem Farinaccius *collegit centurias nouem Decisionum Rotæ Romanæ sic inscriptas Decisionum Rotæ Romanæ nouiter nouissimarum à Farinaccio collectarum centuriæ nouem ab anno 1572. vsque ad annum 1610. impress. in fol. Lugduni 1640. & alibi, & iste tomus est etiam ille, qui inscribitur pars quarta Diuersorū Rotæ Romanæ.*

Idem

Farinaccius *Collegit etiàm nonnullas decisiones S. Rotæ Rom. hoc modo inscriptas.*

Prosperi Farinaccij *Sacræ Rotæ Romanæ Decisionum ab ipso selectarum, nec vnquam aliàs impressarum tomi quatuor impressæ fol. Aureliæ 1623.*

Item Eiusdem Prosperi Farinaccij *Sacræ Rotæ Romanæ Decisionum ab ipso recentissimè collectarum, & hactenus nondùm editarum partes duæ inscriptæ Opus posthumum. impress. fol. Lugd. 1633.*

Supradicti primi tomi quatuor continent primam, & secundam partem Decisionum Sacræ Rotæ Romanæ recentiorum primi duo sunt partis primæ tomus primus & secundus: Alij duo sunt partis secundæ tomus primus, & secundus.

Et supradictæ aliæ duæ partes inscriptæ Opus Posthumum sunt videlicet prima pars, & tertia pars recentiorum Altera est partis quartæ tomus primus recentiorum Quæ supradictæ omnes habentur etiã alibi impressæ.

Valentini

Farinolæ *Nolitis è Ciuitate Bastiæ Insulæ Corsicæ Rotæ Florētinæ Auditoris Decisiones. Extant Florentiæ manuss. in Archiuio Magistratus Proconsulis inter Decisiones, seu, vt Florentiæ dicitur, Motiua Auditorum Rotæ Florētinæ. Iste Dominus Valentinus fuit demùm à Serenissimo Magno Duce Hetruriæ electus pro primo ex suis Ministris in Auditorio Consultæ, & ob eiusdem merita idem Serenissimus decorauit habitu, & Cruce Illustrissimæ Religionis Diui Stephani Valentinum Farinolam eiusdem Valentini Auditoris ex Fratre Alexandro Nepotem equitem dignissimum.*

Henrici

Farnesij *de simulacro Reipublicę, seu de Imaginibus politicę, & Oeconomicæ virtutis. Papiæ 1593.*

Eiusdem

Farnesij *Diptera Ionis, seu lib. 3. de antiqua Principum Gloria 4. Mediol. 1607.*

Eiusdem

Farnesij *de Perfecto Principe 4. Papiæ 1603.*

Fabricij.

Farolli *Practica Criminalis Canonica. impress. 8. Aug. 1617.*

Cosmi.

Farsetti *è Ciuitate Massæ Carrariæ olim Rotæ Florentinæ Auditoris meritissimi, nunc verò in supremo Magistratu Auditoris pro Serenissimo Magno Duce Hetruriæ dignissimi decisio celeberrima, seu vt Florentiæ dicitur motiuum amplissimum, & doctissimum in Florentina legitimæ inter D.D. Claudium, & Consortes de Berzighellis ex vna, et Reuerendissimum Capitulum Cathedralis Ciuitatis Collis de die 2. Septembris 1678. et 28. Junij 1680. in quo latè discutitur de legitima debita ab Auo Materno Nepotibus suis ex filia prædefuncta, et quod in ea imputandum*

sit,

ſit, nec ne, eſt elaboratum ab eodem Domino Coſmo Farſetto Iure Conſulto Doctiſſimotunc temporis in cauſa relatore, et eſt etiàm firmatum à D.D.Ioſeph Vrceolo, Iohanne Argento, Petro de Angelis, Frãciſco Venturino, et Petro Matthęo Maggio Coauditoribus. Extat Florentię in Archiuio Magiſtratus Proconſulis inter alia Motiua Almę Rotę Florentinę, quę ibi conſeruantur manuſcripta, et habetur etiam impreſſum folio Bononię 1680. typis Ioſephi Longhi, et continetur foliis 50. circiter impreſſis.

Eiuſdem

Farſetti *Rotæ Florentinæ Auditoris, Suorumq; Coauditorum Conſulatio Iuris Super Secretariorum Apoſtolicorum Supreſſione, in qua diſcutitur de proprio ſignificatu Verbi reſtituere, de Lege, quando dicatur generalis, de Cauſa publicæ Vtilitatis, & neceſſitatis, de reuocatione conceſſionum, quando licitè per Principem fieri poſſit, & de Priuilegijs Fiſci, quando tractat de damno vitando. Extat in Tractatu de Officijs &c. Emin: Cardinalis de Luca impreſſ. fol. Romæ 1682.*

Ludouici

Faſchij *Corpus Iuris Saxonici. Extat cum Benedicto. Reinhardo. 8. Ienæ 1595.*

Ludouici

Faſſar *in caſu Super duello, ſeu prouocatione Illuſtriſſimi Richardi.*

Thomæ

Faſtoli *S: Rotæ Romanæ Auditoris Deciſiones: habentur in corpore eiuſdem S: Rotæ Romanæ: Deciſionum impreſſarum: huius Authoris Patria, & magis diſtincta eiuſdem Notitia habetur in Iohannis Baptiſtæ Cantalmaij Syntaxi Auditorum S: Rotæ Romanæ impreſſ. fol. Romæ 1640. ſunt etiam impreſſæ Colon. 1581.*

Fi

Fatinelli *Aduocati Conſultatio Iuris ſuper Secretariorum Apoſtolicorum Suppreſſione, in qua diſcutitur de proprio ſignificatu Verbi reſtituere, de Lege quando dicatur generalis, de Cauſa Publica Vtilitatis, & Neceſſitatis, de reuocatione Conceſſionum, quando licitè per Principem fieri poſſit, & de priuilegijs Fiſci, quando tractat de damno vitando. Extat in Tractatu de Officijs &c. Emin: Cardinalis de Luca. impreſſ. fol. Romæ 1682.*

Donati Vinc. de

Fatis *Tabarelli V.* Tabarelli.

Abr. de la

Faue *Statuta, Leges, &c. Reip. Bernenſis. Bernæ 1618.*

Iohannis Salentini

Fauſt *Tractatus Poſthumus de Criminibus. Opus vtiliſſimum, in quo Succinctè, neruosè, & Elegantèr tota Materia Criminalis explicatur, frequentiſſimæ, maximèq; inuſitate quæſtiones exprobatiſſimis Authoribus, & Conſtitutionibus Caroli V. deciduntur. 8. Noribergæ 1676.*

Maximiliani

Fauſti *ab Aſchaffenburg Conſilia pro erario ciuili, Eccleſiaſtico, & militari, publico, atquè priuato, impreſſ. fol. Francof. 1641. & 1654.*

Eiuſdem

Fauſti *de erarij Conſernatione. 4. Francof. 1640.*

Augustini

Fauſtini *Ferrarienſis Notæ & Additiones ad Praxim Guidi Pancıroli extant cum dicta Praxi. impreſſa. 8. Parmæ 1682.*

Bartholomæi à Sancto

Fauſto *alias Pyrrhi ſiculi Speculum Confeſſariorum, & punitentium reſp. difficultatum, quæ ad reſtitutionem, et ad Contractus pertinent. 4. Venet. 1621.*

Eiuſdem à Sancto

Fauſto *Tr. de Horis Canonicis. 8. Lugd. 1627.*

Eiuſdem à Sancto

Fauſto *Theſaurus Religioſorum. Lugd. 1623.*

Didaci Saauedræ

Faxardo *V.* Saauedræ

Didaci Ianez

Faxardo *V.* Ianez.

Petri du

Fay *Diſpp: de Pœnitentia. fol. Duaci 1626.*

Fr. le

Fayr *Legatus. 4. Pariſ. 1580.*

Henr.

Fedeler *de Sortilegijs. 4. Altorff. 1675.*

Iohannis

Federici, *ſeu Federich S. Rotæ Romanæ Auditoris Deciſiones: habentur in corpore Eiuſdem S. Rotæ Romanæ Deciſionum impreſſarum: huius Authoris Patria: & magis diſtincta eiuſdem Notitia habetur in Iohannis Baptiſtæ Cantalmaij Syntaxi Auditorum S. Rotæ Romanæ: impreſſ. fol. Romæ 1640.*

Hieronymi de

Federicis *Reſolutiones Criminales, ſiue Sententiæ Capitales 62. impreſſ. fol. Romæ 1615. Habentur ligatæ poſt 2. volumen Conſt:*

Digitized by Google

Conſiliorum Farinacci. *Item impreſſ. fol. Francof.* 1616.

Stephani de

Federicis *Brixienſis Tractatus de Interpretatione legum. Habetur in Tom.* 1. *fol.* 208. *Item impreſſ.* 12. *Colon.* 1577. *Item auctus & ibid.* 1616. *Item ſeorſim* 12. *Francof.* 1611. *& 8. Lugd.* 1636.

Eiuſdem de

Federicis *V.* Phedericis

. . . .

Federici *de ſenis Tractatus de Beneficiorum permutatione Habetur in Tom.* 15. *parte* 1. *fol.* 187.

Eſaiæ

Feiſchel *Diſſertatio de Beneficio probanda ſecundæ Inſtantiæ, cuius formula nondum deductã deducam, nondum probata probabo. Extat in Decuria ſecunda diſput. inaugur.* 4. *Argentinæ* 1673.

Franciſci *de Sanabria*, &

Feixo *Vide* Sanabria.

Pauli

Felbinger *Forum proteſtantiũ impreſſ. in* 8.

Iohannis Pauli

Felbinger *Deciſiones Politicæ impreſſ. in* 8.

Iohannis

Feldē *Adnotata in libros Hug: Grotij de iure Belli & Pacis, impreſſ.* 12. *Amſtel.* 1653. *& 12. Ienæ* 1663. *V. Graſvvinckelij.*

Eiuſdem

Felden *de Iure Perſonarum. Reſp. dan. Fredern.* 4. *Helmſt.* 1657.

Eiuſdem à

Felden *Diſp. de Fine, & Officio I. C.* . . . . 1652.

Eiuſdem

Felden *Elementa Iuris Publici. impreſſ.* 4. *Francof. & Lipſiæ* 1664.

Iohannis à

Felden *compendioſa Manuductio ad iuris prudentiam* 12. *Londi. Magdeb. & Helmſtadi* 1685.

Gerardi

Feldomanni *Tractatus de Iure in Re. & ad rem impreſſ.* 12. *Groning. & Amſtelod.* 1622. *& Vide* Feltmanni.

Vrbani

Felicei *Cenſura ad Michaelis Rouſſel hiſtoriam Iuriſdictionis Pontificiæ. Extat cum dicta hiſtoria impreſſa. fol. Pariſijs* 1625.

Feliciani *Tractatus de Cenſibus V.* Solis

Feliciani *Epiſcopi Comenſis Manuale Viſitatorum.* 8. *Venet.* 1592.

Friderici

Feliciani *Epiſcopi Scalenſis Tractatus de*

Cenſuris Eccleſiaſticis, & Irregularitatibus. &c. 4. *Ingolſt.* 1685.

Eiuſdem

Feliciani *de Priuilegiatis. Ingolſt.* 1583.

Hectoris

Felicij *Callienſis Tractatus deſideratiſſimus de Communione, ſeu Societate Bonorum, de Lucro, de Quæſtu, de Damno, de Expenſis impreſſ.* 4. *Francof.* 1606. *& 4. Genevæ* 1677. *Item ab* Angelo *eius filio additionibus locupletatus impreſſ fol. Venet.* 1610. 4. *Francof.* 1666. *& 4. Gorichemi* 1666. *& 4. Genevæ* 1677. *cum additionibus* Boxelij.

Eiuſdem

Felicij *I. C. Allegationum iuris partes tres, Quarum Prioribus duabus Criminales, Poſteriori vero Ciuiles materiæ tractantur. impreſſ. fol. Venet.* 1612.

Ioh: Fereiræ *de Lima poſteà Iohannis*

Felicis, *dicti, Paraphraſis ad l. in teſtamento Cod. ad legem Falcidiam* 8. *Vliſipæ* 1610.

Felini *Vide* Sandæi.

Don Ioſeph.

Feliu, *& Carezo Margarita variarum Concluſionum tàm ad Ius commune, quàm municipale, vbi in principio habetur quidam Catalogus doctorum abeo citatorum, et habentur multa loca iuris explicata impreſſ. fol. Neap.* 1651.

Antonij de

Feloaga *Variæ Quæſtiones.*

Eiuſdem Antonij de

Feloaga *ad cap.* 1. *de his, quæ vi: magis diſtincta huius Authoris notitia, eiuſq; operum deſcriptio habetur in Bibliotheca Hiſpana Nicolai* Antonij *impreſſa fol. Romæ* 1677.

Arrigonis

Felſeri *Relatio, & noua deciſio cauſæ, in qua controuertebatur in qualinam pecuniæ antè complures annos contractum debitum genericum, hodiè ſolui iterum debeat, impreſſ.* 8. *Francof.* 1623.

Gerhardi

